SUMMA THEOLOGIÆ ELENCTICÆ


Completa.

Et didacticæ quantum sufficit.

Auctore,
LEONARDO RIJSSENIO,
SS. Th. Doct. V. D. M. Daventriensi.

Impressio Nova
AD USUM
Juventutis Academicæ
In SCOTIA.

EDINBURGI.
Excudebat, *Georgius Mosman*,
Bibliopola. *Anno, Dom.*
MDCXCII.



Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis Dominis.

Dis. Consulibus, Scabinis, & Senatoribus inclytæ Reip.

DAVENTRIENSIS.

Gratiam & pacem.

LEONARDUS RIJSSENIUS.

AMPLISSIMI DOMINI.

H*Odie qui fætus literarios in luminis oras exponunt,* plerique Bel*gis nimium grata novitate, se, suaque* Prin*cipibus commendant. Caret, fateor, caret eo lepore, & si qua est ea gloria, libellus hic noster.* Qui *neque novis inventis, neque styli gravitate, neque parentis fiducia, sese Augusto vestro consessui sistere audet, sola nixus* antiqua veritate, & religione Sacra, *sese ad pedes vestros demittit, vestrumq; implorat auxilium. Ut veritatem, Martyrum,* Patrum*que nostrorum sanguine decoratam vestroque prudentissimo consilio, & victricibus*

armis hactenus feliciter defensam, in posterum protegere, ne dedignemini. Furit mundus,

cui tristi bella,
Iræq;, insidiæq; & crimina noxia cordi,

Ut suis illis mille nocendi artibus purissimam veritatem adulteret. Et nos quidem, qui custodes esse doctrinæ debemus, retinere decet doctrinæ puritatem, *quod pia Melancthonis anima alibi in Epistolis sibique nobisq; commendat. Nec dedecet eos quos purissimum numen vices suas in terra gerere consultum judicavit, ut eodem amore veritatem, pietatemque complectantur, quo Deum suum, si inter Homines, humana specie inambularet, facturum existimant. Vobis igitur* Amplissimi Domini, *parvum libellum, (placet enim Principibus oratio brevis) primitias laboris mei publici, in hac vestra civitate exantlati, perfectique submisse offero, Nihil aliud orans, nisi ut hanc veritatem, meque,*

quan-

quandiu eam & verbis, & vita, explanaturus sum, vestro tegatis patrocinio. Vestro, qui ad sublime illud potestatis culmen non nisi gradibus religionis & veritatis ascendistis; quorumque consessus non minus eruditione; omniumque & rerum, & literarum scientia, quam potestate & religione illustris fulget. Faciet Dominus Deus, ut vestros dum spiritus hos reget artus, *nunquam patiamini gloriosissimum splendorem antiquæ veritatis, atra fuligine obsolescere. Ut floreat florentissima vestra Respublica,* Deique *Ecclesia in ea, & vos in utraque, donec ad æternam evehamur gloriam. Ita fiat, amen. Scripsi in urbe vestra* Daventriæ. 21. *d. Aprilis* Anno. 1671.

V. V.

Nobilissimarum, atque Amplissimarum Dominationum,

Observantissimus cultor.

LEONARDUS RYSSENIUS.

PRÆFATIO

AD

LECTOREM.

Christiane Lector.

SEmper ego auditor tantum? nunquamne reponam, vexatus toties rauci Theseide Codri?

Certe stulta est clementia, cum tot ubique vatibus occuras, periturae parcere chartae.

Nemo hodie tam imbecillis est ingenio, qui non sibi sat virium esse existimet ad sugillandam veritatem, vexandosque ejus defensores.

Liceat & mihi, si quid valeo tutela veritatis impendere. Initium duco à summa Elenchticæ Theologiæ, ante annos aliquot in gratiam Candidatorum, jam V. D. Ministrorum, in Chartam conjectâ.

Ut eâ velut controversiarum indice uti possent; insertaque charta ipsi adscriberent, si quid in adversariorum, nostrorumque scriptis notatu dignum occureret. Videbam enim non nisi ingenti cum labore, & lachrymoso temporis dispendio, sæpe grandia evolvi Aucto-


rum

rum volumina, nihilo in alveum illato. Videbam hunc Pontificias, illum alias evolvere controversias, neminem omnes compendio dedisse. Quamobrem tunc quidem ut postulabat ratio eas conglutinavi: nunc vero, perdito autographo, aut certe iniquo carcere detento, ex discipulorum fragmentis, ne plane periret, totum opus de novo inchoare, in aliam formam redigere, & tandem perficere, coactus fui. Controversias cum Mahummedanis non attigi, quod id nulli usui futurum videbatur, reliquarum summam habes. Argumenta operose coacervare visum non fuit, ea collegi quæ telorum ictus perferre valent.

Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.

Ad objecta autem quam potui brevissime & perspicue respondi, neque tam quid, quam ut possem brevissime respondere, assidue deliberandum fuit. Ipsa Scripturæ S. verba nusquam recitavi, quia ea lingua vernacula memoriæ infigi debere existimo. Tu his utere, & vale.

SUM-



SUMMA. THEOLOGIÆ ELENCTICÆ. ET. DIDACTICÆ COMPLETA

Caput Primum

De Theologia.

§ I. THEOLOGIA *habitualiter*, est scientia, *Systematice*, est doctrina veritatis divinæ ad pietatem, & hominum salutem. *Tit.* 1. 1. 2 *Tim.* 1. 13.

§. II. *D*ivisionem. Theologiæ in *Archetypam* & *Ectypam*, &c. rejicimus. 1. Quia eo modo & physica, arithmetica, jurisprudentia, & omnis ars & scientia dividi posset. 2. Nostra Theologia etiam ex-

 pressa

pressa non est ad eam scientiam, quam Deus habet de se, sed ad Revelationem Dei. 3. Christus etiam, Angeli, & Beati, plurima per Revelationem nôrunt.

§ III. Sed Theologia hæc tria docet. 1. Quid sit de Deo sentiendum. 2. Quomodo sit colendus. 3. Quid sit ab eo expectandum. *Joh*, 17, 3 *Mich*, 6. 8. *Heb*, 11, 6.

§ IV. *Quæ natura, & Revelatione Dei* innotescunt. *Quam* ob causam Theologia vel *naturalis*, vel *supernaturalis* dicitur.

§ V. Naturalis vel *Ingenita* est, qua conscientia hominis natura sua convincitur esse Deum, eumque colendum. *Rom.* 1. 19. vel *Acquisita*, quam homo acquirit. 1. Consideratione rerum. 2. Ratiocinatione. 3. Institutione, *Rom*, 1, 20. & 11. 14. 15.

Controversia. 1.

An animis hominum natura inscriptum sit esse Deum, qui mundum curat, & ab hominibus coli debet? Aff: contra Socin:

Argumenta.

1. Deus se, & sanctitatem suam omnibus manifestavit. *Rom*, 1, 19. 31. *Joh*. 1. 9.

2. Natura honestum, & turpe docet, 1. *Cor*, 11, 14.

3 Con-

3. Conſcientia hominem bene, & malefacti convincit. *Rom.* 11, 14, 15.

Objectiones.

1. *Pſal. xiv.* 1. *Impius dicit non eſſe Deum* ℞. Conatur id ſibi perſuadere.

2. *Heb xj.* 6. *fide haberi debet.* ℞. Hoc tanquam principium Theologiæ naturalis, & ſupernaturalis ſtatui debet.

3. *Sunt gentes, quæ Deum ignorant.* ℞. Verum Deum: aliquod tamen numen eſſe dictat ipſorum Conſcientia.

Controverſia. 2.

An homo ex ſola hujus mundi machina, ſi animum advertat, poſſit, cognoſcere eſſe aliquem Deum, qui res hujus mundi curat, & coli debet? *Aff.* c. Soc:

Arg.

1. Deus hæc ſui teſtimonia dat. *Act.* *xiv.* 17. *&* *xvij.* 26.

2. Creaturæ Creatorem proclamant. *Pſ. xix.* 2, 3. *Rom.* 1, 20. *Job. xii.* 8, 9, 10.

3. Qui creaturas contemplantur inimitabilem Dei ſapientiam, & potentiam in iis perſpiciunt. *Pſ. viii.* 2, 4. *Jeſ. xl.* 26.

4. Reprehenduntur, qui iis ad cultum Dei non excitabantur, *Rom.* 1, 21. 1. *Cor.* 1, 21.

Object.

1. *Præstantissimi Philosophi negârunt mundum à Deo esse, & gubernari.* ℞ Ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς. *Rom,* 1, 21. Quomodo & hodie multa homines negant quæ scire possunt aliter se habere.

§ VI. Theologia dicitur naturalis. 1. Quia est natura. 2. Manet cum natura 3. Non nisi naturalia docet.

§ VII. Docet autem. 1. Deum esse. 2. Et eum colendum. 3. Honeste vivendum. 4. Animam esse immortalem. 5. Virtuti præmium, sceleri pœnam deberi.

Controversia.

Num Philosophia repugnet Theologiæ, i. e. an eadem sententia, servatis oppositionis regulis, possit esse vera in Philosophia, falsa in Theologia? Neg, contra Luth.

Arg.

1. Vera Philosophia est lumen. *Joh.* 1. 9, Quod cùm lumine non pugnat.

2. Omne, quod verum est amplecti debemus, *Phil.* IV. 8. Quod non deberemus, si alterum alteri repugnaret.

3. Contradictoria non possunt esse simul vera.

4. Christus & Apostoli ex principiis

Philoſophiæ argumentati ſunt. *Luc. xxiv.* 39, *Act, xvii,* 24, 25. 1, *Cor, xi,* 14.

Objecti.

1, *Col*: 2, 8, *Cavete, ne quis vos ſeducat per Philoſophiam.* ℞. Non veram, ſed falſam: mala dogmata, pravaſque *P*hiloſophorum artes intelligit.

2. *Repugnat Philoſophia, ferrum natare, naſci ex virgine, &c.* ℞. Neg, Philoſophia ait hæc per naturam fieri non poſſe, non negat Deum poſſe.

§ VIII. *Q*uinque ſunt ad quæ non pertingit *P*hiloſophia. 1. Trinitas. 2. Corruptio hominum in Adamo. 3. Mediator Chriſtus. 4. Vera beatitudo. 5. Media quibus ea obtineri poteſt.

Controverſia.

An naturalis Theologia ſufficiat ad adducendum hominem ad ſalutem, & homo abſque cognitione Chriſti, & evangelii ſalvari poſſit? Neg. contra Pelag. Remonſt. & Soc.

Arg.

1. Nemo poteſt ſalvari niſi per Chriſtum, & fidem in illum, *Joh viii.* 24, & *xiv.* 6. *Act, iv,* 12, 1. *Cor. iii* 11. *Gal, iii,* 9 16, 22.

2. *Q*ui Chriſtum nec novit, nec habet, vitam non habet, & ſine ſpe ſalutis eſt, 1. *Joh, v.* 12. *Eph,* 1 1, 12. 3. Lex

5. Lex hominem beare non potest, nedum natura. *Act, xiij. 39. Rom, iii. 20. & viij. 3. Gal, iii. 10.*

Object.

1. *Quomodo alioquin essent inexcusabiles. Rom, 2, 1.* ℟. Quia faciunt talia, quæ sciunt morte digna. *Rom. 1, 32.* Instant: *Bonitas Dei ad conversionem ducit.* ℣. 4, ℟. Debebat esse causa movens ad conversionem: verum ea non est sine fide in Christum. Instant. *Factores legis salvabuntur.* ℣. 7. 13. ℟. i, e, si quis per legem salvaretur, ille non auditor tantum, sed factor legis esse deberet.

2, *Act., 17, 27. Deum palpando invenire potuerunt,* ℟. i. e. Deum esse: ad salutem tamen pervenire non poterant sine conversione, & fide in Christum.

3. *Joh, 3, 10. Gentes conversæ sunt.* ℟. 1. Verbum Dei illis prædicatum erat. 2. Converti istic loci est, desistere à sceleribus vitæ ante actæ.

§ IX. Necesse fuit aliam revelari Theologiam. 1. Propter humani ingenii cæcitatem, *Luc, 10. 22, 1 Cor, 1, 21.* (2) Propter rerum sublimitatem, *Eph, 1, 9.* (3.) Propter Satanæ, malorumque hominum fallacias. *Eph. 4, 14.* § X.

§ X, Usus rationis humanæ in Theologia est (1) Revelata percipere. *Matth*, 13. 51, (2) Cum aliis conferre, *Act*. 17, 11. (3) Explicare, *Nehem*, 8. 9. (4) Falsa discernere. *Phil*, 1, 10, (5) Ab objectis vindicare. *Rom*. 9. 19 20.

Controversia. I.

An ratio humana, subjective sumpta, seu facultas naturalis intelligendi sit principium seu norma, ad quam omnes de religione controversiæ, atque ea, quæ in Scriptura revelata sunt, examinari, & dirimi debent? Neg. contra Socin.

Arg.

1. Ratio humana errare, & falli potest. *Rom*, 3. 4.

2, Corrupta, cœca & perversa est. *Rom*. 8. 7. 1 Cor, 2, 14.

3. Non nisi humanæ autoritatis est. *Joh*, 5. 9, 34.

4. Scripturæ subjici debet. 2, *Cor*, *x*. 5.

Object.

1. *Ratio est unicum instrumentum intelligendi, & judicandi. Matth*, *xiii*. 19. 23. R. Est instrumentum judicandi, non norma eorum, quæ in Scriptura proponuntur.

2. *Quod verum est in Theol. non potest esse fal-*

falsum in Philosophia. ℞. Sæpe tamen rationi corruptæ falsum videtur; & rationem naturalem superat.

3. *Cultus noster rationalis est, Rom, xii. 1,* ℞. i. e. Debitus, verus, conveniens. 1. *Pet,* 12. 2.

Controversia, 2.

An ratio naturalis objective, seu ipsa Phi*losophia, sit norma ad quam omnia, quæ in Scriptura revelata sunt, examinari debeant? Neg. contra eosdem.*

Arg.

1. Philosophia est tantum idea naturæ; Theologia supra naturam.

2. Verbum Dei est prima Veritas, quæ norman superiorem non habet. J*oh. xvii.* 17.

3. Omnia ad Scripturam examinari debent tanquam ad lapidem lydium. J*es. viii.* 20, *Act. xvii,* 11.

4. Scripturæ absolute credendum est in omnibus *Act, xxiv,* 14. 1 *Joh. v.,* 10.

Object.

1, *quod Philosophia repugnat verum esse non potest,* ℞. Non etiam quod Scripturæ repugnant. 2. Potest tamen aliquid esse verum, non quod essentiam rei tollit, sed quod

quod communibus philoſophiæ reguli[s] repugnat.; ut ferrum natans, virgo pari[ens.]

2. *Philoſophia debet docere, quid ſit conſentaneum, quid diſſentaneum, &c,* Rꝫ. Quid in natura tale ſit, non quid in ſcriptura.

§. XI. De articulis fundamentalibus hoc tenendum: Quod ſi per articulos fundamentales intelligantur articuli neceſſarii ad ſalutem, ita omnes neceſſitate *præcepti,* & *medii* neceſſarii ſunt, Phil. 4. 8. Verum ſi intelligantur, qui baſis, & fundamentum reliquorum articulorum ſunt, ita de *Scriptura, de Chriſto,* & *Trinitate* articuli fundamentales dici merentur. *Eph.* II. 20. I *Cor, iii.* 10. 11. De quibus diſputandum nequaquam cenſeo: quoniam articuli fundamentis illis ſuperſtructi, non minus neceſſarii ſunt, quam ipſa fundamenta.

Caput 2.

DE SCRIPTURA SACRA

§ I. PRincipium essendi, seu causa Theologiæ est ipse Deus, *Eph.* 1. 9. *Principium* cognoscendi est verbum Dei, *Heb*, *xii*, 3. 1 *Joh*, 11. 14.

§ II. Verbum notat. 1. Verbum dictum. *Heb*, *xiii*. 7. (2 Verbum scriptum, *Rom.* *iii*. 2. (3) Animo receptum. 1, *Joh*, 11. 14. Ipsum Christum. *Apoc. xix*. 13.

§ III. Verbum dictum â scripto differt, non autore, nec dignitate, sed modo proponendi: primo dictum fuit, postea scriptum. *Heb*, 1, 1.

§ IV. Necesse fuit verbum Dei scribi. 1. Ut quivis legere posset. *Heb* 11. 2, (2) Et eo fidem suam confirmare. *Joh*, *xx*. 31. (3) Ne oblivione deleretur. *Ps*. *cii*. 19. (4) Ne â malis adulterari posset, 1 *Pet*, 11, 2. (5) Ut novum ex veteri confirmaretur, *Rom*, *iii*. 21.

§ V, Scriptura est Syntagma librorum per Spiritum Sanctum â viris Dei con-

scrip-

scriptorum, de iis, quæ homines ad Dei gloriam, & suam ipsorum salutem, scire, credere, & agere necesse habent, *Deut, xxix, 29. Mich, vi, 8. 1 Tim. iii, 16.*

Controversia.

An Scriptura sacra, quam Christiani habent sit verbum Dei? Aff contra Atheos.

Arg.

1, Quia ipsa sola hominem verissimam & sanctissimam viam ad æternam beatitatem docet, in Christo Mediatore, justificatione, sanctificatione, & fide.

2. Quia docet talia, quæ à nullo homine investigari possunt, Dei naturam & personas, creationem mundi, angelorum, hominum, Lapsum hominis & dæmonum, promissionem & nativitatem Mediatoris ex Virgine, diluvium. &c:

3. Innumera futura omni tempore prædixit, quæ & impleta sunt, & quotidie implentur. *Jes, xli, 21. - ---& xlvi. 10.* Ut de quatuor monarchiis, regno Christi, & antichristi, fine mundi, & Dei judicii, &c.

4. Illa omnia docet perpetua harmonia. ut nihil falsi, nihil mali in ea deprehendatur.

5. Di-

5. Divina efficacia; qua tota regna convertit & à mundo ac voluptatibus ad severissimam pietatem perduxit

Object.

1. *Videntur in ea contradictoria.* ℞ Inexercitatis videntur; aliis non videntur.

2. *Quidam libri a multis non recepti sunt.* ℞ Is error illorum fuit.

3. *Varii codices aliter atque aliter legunt.* ℞ Pauci paucis in locis, reliqui consonant

§ VI. Necessitas scripturæ sacræ hæc est: debet legi, prædicari, recipi, retineri, & observari. *Apoc*, 1. 3.

Controversia. 1.

An Ecclesia hodie ad Deum recte cognoscendum & colendum indigeat Sacra *Scriptura Aff. contra Pontif.*

Arg.

1 Est medium conversionis, *Jac*, 1, 18. Fidei, *Rom*, *x*, 17 Pietatis *Eph*, *vi*, 12. Consolationis, *Rom*, *xv*, 4.

2, Est fundamentum Ecclesiæ, & omnis cultus ejus, *Eph*, 11. 20.

3, Est lapis lydius ad quem omnia examinanda sunt, *Jes*, *viii*, 20. *Gal*, 1, 9.

4 Omnibus mandatum est ut eam fideliter retineant, *Col*, *iii*, 16, *Apoc*, 1, 3.

5, Est

5 Eſt lux in tenebris, 2 *Pet*, 1, 19. Remedium erroris. *Matth*, *xxii*, 29, Hæc autem omnia neceſſaria ſunt.

Object.

Ab Adamo ad Moſen Ecclesia fuit ſine ſcriptura, ℞. Non liquet. *Juda*, *v*, 14. (2) Habebant quotidianas revelationes extraordinarias. *Heb*, 1, 1.

2, *A Moſe ad Christum Ecclesia inter gentes; ut* Job *& amici ejus ſcriptura caruerunt*, ℞, Nihil horum probari poteſt. vide, *Act viii*, 30.

3. *Mandatum dediſſet Apoſtolis ſcribendi, ſi* Scriptura *eſſet neceſſaria*, ℞, 1, Mandatum generale eſt. *Matth*, *xxviii*, 19, (2) ſpeciale. *Apoc*, *i*, *ii*, 3) Loco mandati fuit inſtinctus ſpiritus ſancti, 2, *Pet*, *i*, 21.

4, *Sufficit ſi ore prædicetur*, ℞, 1, Ergo eſt neceſſaria, 2, Ut is, qui concionatur ſcripturam ſcire debet, ita qui audit, *Actor*, *xvii*, 11.

Controverſia, 2.

An ſcriptura ſacra pueris tantum, & incipientibus ſit neceſſaria, perfectiores autem ſpiritum ſequi debeant? Neg: contra, Enthuſ, & Libert,

Arg

Arg.

1, Omnibus sine discrimine præscripta est, Col. iii, 16, Rom, i, 6, 8.

2. Adultis etiam, exercitatis, & perfectis scripta est. 1 Cor, x, 15, 1 Joh, 2, 13. 14. Phil, iii, 15. Ps, cxix, 18.

3. Nunquam a quoquam recedere debet, Deut, vi, 6, Prov, iii, 1, 3.

Object.

1. 1 Joh, ii, 27. *Necesse non habetis doceri.* R. Scil: aliam Doctrinam, quam recepistis ex verbo Dei, in qua tamen manere debebant.

2, 2 Cor, iii, 6. *Litera occidit.* R. i. e. Lex condemnat peccatorem; quod etiam fieri necesse est.

§ VII, Libri Scripturæ sacræ sunt, Genesis, Exodus, Leviticus, &c.

Controversiæ.

An libri Apocryphi sint pars Scripturæ sacræ, & divinam autoritatem habeant ad fundandos, & confirmandos articulos fidei? Neg. contra Pontif. & Anabapt.

Arg.

1. Omnia oracula V. T. Judæis concredita fuerunt, Rom iii, 2, Hi vero non: utpote nec à prophetis, nec lingua Hebræa scripti.

2, Mo-

2. Moses & Prophetæ continent omnem scripturam S. *Luc. xxiv.* 27, *Act*, *xxvi* *Luc.* 29.

3, Multa falsa, impia absurda continent Vide Belgicam præfationem iis præfixam.

Object.

1. *Lecti aliquando fuerunt in Ecclesia.*

R, Ut scriptum humanum.

2. *In Canonem recepti sunt ab Ecclesia.*

R, Romana errante.

§ VIII. Præcipua Scripturæ S, attributa sunt; autoritas, perfectio & perspicuitas.

§ *IX.* Autoritas est divina ejus eminentia, qua obligat hominem ad fidem & obedientiam, 1 *Thess, ii,* 13, 1, *Tim, iv*, 9.

Controversia.

An Scriptura sacra autoritatem suam, seu vim obligandi, habeat ab Ecclesia, i, e, an ideo pro Canone recipi debeat, quia hoc Jubet Ecclesia Romana, & recipi nec posset, nec deberet, nisi id imperaret Ecclesia? Neg, contra Pontif,

Arg.

1. Autoritas Dei loquentis in Scriptura major est omni autoritate humana, homines ergo illi autoritatem nullam dare possunt, 1 Joh, *v*, 9. Joh; *v*, 34, 36, 39, 1, *Thess*, ii, 13,

2, S,

2, S, Scriptura omnem autoritatem dat Ecclesiæ, nullam ergo recipit, *Eph*, 11, 20, 1 *Pet*, *iv*, 11, *Matth*, *xxviii*, 20.

3, S, Scriptura nullo testante, viam salutis docet & præscribit, 2. *Tim*, *iii*, 15, 2, *Pet*, *i*, 19. Ideo ergo necesse est eam audiamus, vel pereundum nobis erit, 1 *Joh*, *v*, 10.

4. Verbum Dei ab hominibus receptum est, & recipi debuit, ante ullius Ecclesiæ testimonium, *Jes*, *i*, 2, 10. *Jer*, 24, *Luc*, *i*, 20. *Heb*, *ii*, 2. 1 *Thess*, *ii*, 13.

Object.

1, *Ecclesia est columna veritatis.* 1 *Tim*, *iii*, 15. ℞, Non erigens veritatem, sed à veritate erecta. Genitivus effecti, ut domus Dei, *Heb*, *iii*, 6.

2, *Non crederem Evangelio, nisi me moveret autoritas Ecclesiæ.* ℞. Homines duces, & causæ moventes esse possunt, quibus ad lectionem scripturæ adducimur; sed nullam ei autoritatem dare, *Joh*, *iv*, 39, 42.

3. *Ecclesia indicat quinam libri sint canonici, qui non.* ℞, Ut Iohannes Baptista indicavit quis esset Messias, quis non.

4. *Testimonium Ecclesiæ certissimum, maximum, & antiquissimum est*, *Resp*, Testi-

ſtimonium Dei multo majus & certius; Romanæ vero Eccleſiæ nullum.

§ X, Quædam in Scriptura, S. Narrantur hiſtorice, quæ ita eveniſſe credendum, ut *Matth*, 1, & , ii, Quædam docentur & laudantur, quæ amplecti debemus, *Matth*, iii, 17. Quædam improbantur, quæ fugienda, ut 1 *Cor*, x, 11, Ex eo *authentia hiſtoria, vel norma oritur*.

§ XI. Perfectio Scripturæ S, eſt divina ejus eminentia, quæ continet omnia, quæ nobis ad ſalutem neceſſaria ſunt. 2. *Tim*. iii. 16.

Controverſia, 1.

An Scriptura S, contineat illa omnia, quæ homini ad ſalutem, ſcitu, creditu, & factu neceſſaria ſunt? Aff. contra Pontif.

Arg.

1. Dicitur perfecta, *Pſ*, *xix*, [illegible] and 7 verſe.

2, Proponit omne conſilium Dei ad ſalutem neceſſarium. *Act*, *xx*, 20, 27, Col to c Lm xxvi., 22.

3. Inſtruit hominem perfecte ad omne opus bonum, 2, *Tim*, *iii*, 16.

4, Eſt regula fidei, *Gal*, *vi*, *xvi*, *Phil*, iii, [illegible] and 16 verſ.

5. Salus inde haberi potest. *Joh, v, 39. & xx. 31, Luc, xxvi, 29.*

6. Supra eam in negotio religionis sapere non debemus. *1 Cor, iv, 6.*

Controversia, 2.

An ergo dentur traditiones non scriptæ, quæ contineant dogmata ad salutem necessaria? Neg. contra eosdem. pontificos.

Arg.

1, Deus prohibuit verbo suo quidquam addere vel demere, *Deut, iv, 2. & xii. 32. Gal, 1, 8. Apoc, xxii, 18*

2. Scriptura, S. Testamentum est. 2. *Cor, iii,* 14 Testamento autem traditiones addi non debent, *Gal, iii,* 15.

3. Deus doctrinas damnat, quæ scriptura S, non continentur. *Matth, xv.* 2. 9. *Col, ii,* 20. 1 *Pet,* 1, 18.

4. Traditiones incertæ, fallaces, & arma impostorum sunt 2 *Thess, ii,* 2.

Object.

1, *Tenete traditiones.* 2 *Thess, ii,* 15. *Resp* i. e. dogmata dicta, & scripta.

2, *Joh xvi,* 12. *Jam non potestis ferre. Res, Ea* tamen in V, T. tunc Scripta erant, & in N. postea scripta sunt.

3, *Apostoli plura docuerunt quam Scripse-*

ferunt. Resp. Non quod ad rerum substantiam.

4. *Sensus Scripturæ est per Traditionem. Res,* Neg. est in ipsa Scriptura.

5. *Scriptura multa non habet; quæ enumerat Becanus. Resp,* Aut habet, aut necessaria non sunt ad salutem.

§ XII. Quædam in Scriptura S. continentur expressis verbis, quædam per legitimam consequentiam.

Controversia.

An possit esse articulus fidei, qui totidem verbis in Scriptura non continetur, sed per consequentiam ex eâ eluciur? Aff. contra Soc, & Anabaptistas.

Arg.

1. Ipse salvator noster, & Apostoli ita articulos fidei probârunt: ut Deitatem Christi, *Matth, xxii,* 44. 45 Resurrectionem mortuorum, *Matth, xxii,* 31, 32. Mortem Messiæ & ejus post triduum resurrectionem, *Luc, xxiv,* 45, 46. 1 *Cor, xv,* 4, Justificationem per fidem sine operibus. *Rom, iii,* 28, *iiii,* 3. Et Veritatem totius religionis, *Act, xvii,* 2, 3. Nec aliud agit Paulus tota Epistola ad Hebræos.

2, Scriptura ad hoc data est, *Joh, v, 39. 2, Tim, iii, 16. Rom, xv 4.*

Object.

1, *Simplices id non capiunt.* *Res,* Exerceant se, & capient, ut *Act, xvii, ii.*

2, *Scriptura S, clara & perfecta est, Res,* Hoc clare & perfecte principio aliquo continetur, quod legitime ex eo eruitur.

3. *Ratio nostra falli potest in concludendo, Res,* Non fallitur tamen, cum dogma aliquod legitime ex Scriptura educit.

§ XIII. Perspicuitas scripturæ, S, est divina ejus eminentia, qua mysteria salutis ita describit ut verus sensus ex verbis colligi possit.

§ XIV, Clara & perspicua tria dici possunt, Ingenium hominis, cum res facile perspicit, *Eph,* 1, 19, (2) Res proposita; ut bis duo sunt quatuor: sic mysteria clara non sunt. 2, *Pet, iii,* 16. (3) Modus proponendi, *Neh, viii,* 9, De eo hic proprie agitur.

Controversia.

An Scriptura S, ea, quæ necessaria sunt ad salutem, omni loco tam obscure proponat, ut qui serio animadvertit sensum verborum non possit percipere; sed eum ab Ecclesia Rom, petere cogatur? Neg. contra Pontif. Arg.

Arg.

1. *Scriptura* S. diserte dicitur lucida, clara, imo lux ipsa. *Ps. xix*, 8, 9. *cxix*, 105. 2. *Cor*, *iv*, 4. 2 *Pet*, 1, 19.

2. Scriptura S: utilis est ad docendum; necesse ergo est ita sua proponat ut intelligi possit. *Rom*, *xv*, 4, 2 *Tim*, *iii*, 16.

3. Plebeis & parvulis scripta est & ab iis intellecta, *Deut*, *xi*, *Rom*, 11, 30, 18 *x*, 6, 9, 1 *Joh*. *ii*, 12, 2 *Tim*, *iii*, 15.

4. Si ita obscura esset Scriptura, nemo reprehendi posset, quod eam non intelligeret, nec moneri ut capiat, quod tamen fit. *Luc*: *xxiv*, 25, 2 *Tim*, *ii*, 7.

5. Si ita obscura esset Scriptura, ne quidem Ecclesia sensum eruere posset.

Object.

1. *Act*, *viii*, 30, 31. *Eunuchus non capiebat*, Resp. Quid tum? Sensum verborum capiebat. ℣. 34. Sed cui applicari debebat ignorabat.

2. 2 *Pet*, *iii*, 16, *Multa sunt difficilia intellectu*, Resp. De rebus quibusdam in Epistolis Pauli, non de verbis, nec de tota scriptura agitur.

3. *Ps*. *cxix*, 18, *Illumina oculos meos*, Resp. De sua coecitate, non de Scripturæ obscuritate quæritur.

 4. *Cur*

4, *Cur explicatis? Resp.* Ut hominibus faciliores reddamus. 2. Contenta eruamus. 3. Contraria rejiciamus.

§ XV. In quæstione, an homo sine gratia Dei scripturam intelligere possit, quatuor sunt notanda, 1. Quod aliud est sensum verborum capere, quod in decalogo historiis, & Evangeliis attentus lector facile potest. 2. Aliud est fide historica veritatem recipere. Quod & possunt irregeniti *Act, xxvi,* 27. 3. Aliud est bonitatem sibi salutarem in ea videre, & recipere, *Rom, xii.* 2, (4) Et ei se salvandum committere. *Rom, vi,* 17. Ad quæ duo postrema Sp: illuminante & regenerante opus est.

Controversia.

An requiratur specialis illuminatio, Sp: S. & cordis renovatio, ut homo scripturam S, recte intelligat, et fidem habeat, & obedientiam præstet? Aff, contra Socin: *&* Remonst.

Arg,

1. Homo sine ope sp: *S:* scripturam nec *recte* percipere, nec ei se subjicere potest, *Rom, viii,* 7, 1 *Cor,* 11, 14, *& xii,* 3,

2, Id-

2 Idcirco Deus mentes illuminat & corda renovat, *Luc, xxiv, 45, Act, xvi, 14. 2. Cor iv, 6.*

3. Et hoc fideles precibus petunt, *Ps, cxix.* 18, *Joh, xvii,* 17 *Eph* 1, 17.

Object.

1, *Scriptura clara est. Resp.* Mens nostra natura cœca. 2 *Tim,* 11, 25. 26.

2, *Oculi & aures renovari necesse non habent, Resp.* Externa tantum instrumenta sunt, quæ sequuntur renovationem mentis non vero judices.

3, *Si regeniti Scripturam intelligere non possunt, frustra illis proponitur. Resp,* Possunt hoc quod ante dictum est, & proponitur illis, si forte Deus eo medio illis gratiam conversionis dare velit. 2 *Tim: ii,* 25, 26.

§ XVI. Ex his attributis scripturæ sequitur, eam nobis esse canonem, & normam credendorum, & agendorum, ad quam, etiam omnes de religione controversiæ probari debent, *Jes, viii,* 20, *Gal, vi,* 16.

Controversia.

An libri V, T. Christianis etiam sint canon, & argumenta ex iis petita sint ejusdem authoritatis cum iis, quæ ex novo petuntur? Aff: contra Soc: & Anab:

Arg.

1, V, T, Est verbum Dei, adeoque omnibus, etiam nobis, divinæ autoritatis, 2 *Tim*, 3, 16, 2 *Pet*, 1 19. Ejusdem ergo cum, N, T,

2, V, T. In N: tanquam canon & norma divina commendatur, *Luc*, xvi, 29. *Joh*, *v*, 39, *Rom*, 15, 4.

3, Religio Christiana legem non abrogat, R*om*, *iii*. 31, Quod etiam fieri non potest, J*oh*, *x*, 35.

4 Apostoli ex V, T, ad convincendos Judæos, & errantes Christianos argumenta petunt, *Act*, 18, 28, R*om*. *iii*, 3, 1 *Tim*. *v*, 18.

Object.

1, *Luc*, 16, 16 J*oh*, *i*, 17. *Lex & prophetæ ad Johannent usque Prophetarunt; gratia autem per Christum.* Res. Prophetarunt de Messia venturo, qui cum venit eorum prophetia manet divina: Gratia autem per Christum, ita ut illi prædixerunt.

2, Rom, *vi*, 14 *Non sumus sub lege*. Res. Condemnante, ut & Ceremoniali.

3, *Heb*, *viii*, 7. *Eph*, 11. 15, *Primum fædus abrogatum est*. *Resp*, Foedus operum & Lex Ceremonialis: non Scriptura V, T.

4, 2, *Cor*,

4. 2 *Cor*, *iii*, 7, *Est Ministerium mortis.* R*esp*, Si quis eo justificari velit, ut & præcepta quæ in Scriptura, N. T. reperiuntur.

§ XVII. Sp: S: circa Scriptores hoc egit 1, Eos ad Scribendum excitavit. 2 *Pet*, 1. 21. (2) Verba inspiravit. 2 *Tim*, *iii*, 16. (3) Ab omni errore conservavit. 1 *Pet*, *i*. 11.

Controversia, 1.

An Scriptores Sacri nullo Dei mandato, sed tantum fortuitis occasionibus pro libitu Scripserunt? Neg: contra Pontif:

Arg.

1. Scriptores Sancti inspirante spiritu scripserunt. 2 T*im*, *iii*, 16. 2 P*et*, *i*, 21. Inspiratio autem mandatum internum est.

2, Expressa sunt mandata. *Exod: xvii*, 14. & *xxxiv*, 37. *Jes*, *viii*. 1, *Jer*. *xxx*, 2. *Apoc*, *i*, 11.

3, Scriptura continet verbum, & mandata Dei, ad omnes homines, etiam ad nos. 1. *Cor*, *xiv*, 27. Voluit ergo id scripto nobis relinqui.

Object.

1. *Luc*, *i*. 1. *Oblatis occasionibus scripserunt*.

runt, ℟. Oblatis illis occasionibus Sp: eos scribere voluit, & jussit.

Controversia, 2.

An Scriptores Sacri omnia, etiam minima verba scripserint instinctu Spiritus Sancti? Aff. contra Socin.

Arg.

1. Tota Scriptura divinitus inspirata, & nulla in parte humanæ inventionis. 2 *Tim*, 3, 16 2 *Pet*, 1, 20.

2. Nullum est jota legis, quod non tanquam divinum approbatur. *Matth. v*, 18. 19, Et recipi debet. 1 *Thess. ii*, 13.

3. Scriptura ubique incorrupta est, 1 *Pet*, 1 1, 2. Et pura *Ps*, 12, 7.

Object.

1, 1 *Cor*, *vii* 12. *Non Dominus, sed ego*, ℟. i. e. Deus in V, T, ea de re expressum mandatum non dederat, ut jam per Apostolum faciebat, vide, ℣. 25.

2. *Petrus erravit*. *Gal*, 2, *11*, ℟. In vita, non in scriptis.

3. *Joh*, *vi*. 19. *Viginti quinque aut triginta stadia*. ℟. Sic fuit inspiratum, & mandatum ut scriberit, quia inter utrumque numerum fuit.

Con-

Controversia. 3.

An scriptura S: pluribus in locis, in ipso textu authentico sit corrupta, & depravata? Neg: contra Socin: Muhamm, &c.

1 Eadem quæ supra argumenta.

2. Id fieri non potuit vivente Christo, & Apostolis, qui hoc animadvertissent; nec postea, propter innumerum codicum numerum.

3. Deus promisit se verbum suum fidelissimè conservaturum. *Luc, xvi.* 17. *Jes, lix,* 21, 1 *Pet, 1,* 25.

4. Si quidquam corrumpere voluissent Judæi, ea corrupissent, quæ illis maxime obsunt; quod non fecerunt.

5. Imo omnes versus, & verba numerarunt.

Object.

1. *Keri & Ketib; aliter scribitur, & aliter legitur in margine.* ℞. Ut scriptum est, ita â Sp: S: inspiratum est; quod in margine est explicationis gratia additum est.

Controversia. 4.

An non integri libri, præsertim V. T. perierint? Neg: contra Socin: & Pontif.

Arg:

Eadem quæ supra argumenta.

Object.

1, *Citantur varii libri, qui hodie in Canone non reperiuntur.* *Num*, 21. 14, *Jos*, 10. 13. 1 *Chron* 29. 29. & 2 *Chron*. 9, 29. R/, 1, Illi libri sub aliis nominibus in canone sunt. 2. Citantur etiam libri, qui canonici non sunt. *Esth*, 10. 2.

2, *Periit epistola ad Loadicenses.* *Coll*. 4, 16, R/, Habetur non ad Laodicenses, sed ἐκ λαοδικείας Quæ aliqua epistolarum Pauli, quæ exstant, potuit fuisse.

§ XVIII. Triplex est necessitas legendi scripturam S, 1, Præcepti, *Coll*, *iv*, 16. (2) Medii ad ædificationem. *Eph*. *vi*, 17. (3) Signi; ut nos Dei filios ostendamus. *Joh*. *viii*. 31.

§. XIX. Debet autem scriptura legi. *i*. Cum attentione, & intellectu, *Matth*, 24, 15. (2) Cum fide, *Heb*. *iv*, 2. (3) Ordine, *Col*, 11. 5. (4) Omni vita, *Deut*, 17, 19. (5) Recordatione, *Heb*, 11, 1. (6) Cum obedientia. 1 *Thess*, *ii*, 13.

Controversia. 1.

An lectio scripturæ S. non pastoribus solum, sed etiam populo sit concedenda, & injungenda? *Aff*, *contra pontiff*:

Arg.

1, Omnibus mandatum eſt, & ut legant, & ut ſciant. *Deut.* vi, 6, 8. *Joſ*, 1, 8. *Ioh*, v, 39. *Col*, iii, 16, iiii, 16, 1 *Theſſ*. v. 27.

2. Omnes laudantur, qui verbum Dei pie legunt, *Pſ*, i, 2, *Act*. xvii, 11. 2, *Pet*. i, 19, *Apoc*. 1, 3.

3. Eſt ipſorum armatura Sacra contra hoſtes animarum, *Eph*, vi, 17. Et Teſtamentum patris, 2. *Cor*, iii. 14.

4, Ideo ſcripta eſt ut legatur. *Joh*, xx, 31, *Rom*, xv, 4. *Eph*, 3. 4.

Object.

1, *Inde veniunt hæreſes.* R. Illæ ex eo, quod ſcriptura S: non ſatis, nec bene legatur.

2, *Multa in ea male ſonant.* R. ſed longe plura, quæ bene ſonant; Hæc vero ut evitemus recenſentur. 1 *Cor*, x, 11.

Controverſia, 2.

An ergo ſcriptura S: in linguas vernaculas transferri debeat? Aff. contra eoſdem.

Arg.

1. Publice in Templo, & privatim in ædibus, legi debit. *Nehem*, viii, 9. *Act*: xv, 21.

Ideo

2. Ideo Apostoli dimittebantur ad gentes, instructi omnium linguarum notitia, ut omnibus gentibus Evangelium prædicarent. *Act.* 1, 4, 8. & 11, 4. 6. 8, 11.

3. In lingua ignota verbum Dei audiri improbatur. 1 *Cor. xiv*, 21, 22.

4. Frustaneæ essent exhortationes de verbo Dei legendo, meditando, &c. *Jes. viii*, 20. *Luc, xvi*, 29. *Joh, v*. 39.

Object.

1. *Judæi à temporibus Ezræ Hebraica legerunt: quæ lingua populo ignota erat.* ℞ Imo optime nota. *Act*, 22. 11.

2. *Apostoli omnes græce scripserunt, non linguis gentium.* ℞ Ea lingua tunc erat communissima.

2. *Et si lingua vernacula legeretur, tamen non intelligeretur,* ℞ Quid ni? id saltem vitio linguæ non contingeret.

4. *Linguæ vernaculæ singulis sæculis magna ex parte mutantur.* ℞. Non quod ad verborum significationem: forte alicubi, paucis in verbis, quod ad pronuntiationem.

§. XX. Hæc translatio, quatenus sententiam Sp. S. proponit, eandem habet autoritatem cum textu Hebræo V. T. & Græco N. T. sed quatenus hoc Gallicis, aut

Bel-

Belgicis verbis exponitur, non nisi humanæ autoritatis est.

§ XXI. Cum Scripturam esse verbum Dei *ex rebus*, quas tractat, cognoscatur non ex lingua hæbrea & græca, vulgus etiam scire potest Scripturam translatam esse verbum Dei, 1, Ex rebus quas exponit. 2. Ex divina ejus potentia in conscientiam pie legentis, & audientis. *Rom*, i. 16, (3) Ex testimonio Sp. S. 1. *Cor*, ii, 1012.

§ XII, Interpres scripturæ, S. & controversiarum judex, est triplex, 1, *Dominans*, & autoritativus; qui solus Deus. *Luc*. xxiv. 27. (ii) *Ministerialis* publicus, qui Pastores. 2 *Tim*, 4. 2. (3) *Singularis* discretivus; atque hic quisque fidelis. 1 *Cor* 10, 15. Regula manet sola scriptura.

Controversia. 1.

An præter scripturam S, in Ecclesia detur visibilis, & infallibilis controversiarum theologicarum judex, cujus sententia omnes reliqui Pastores, & vulgus acquiescere debent? Neg. contra Pontif.

Arg.

1. Nemo parem cum Deo in verbo loquente, autoritatem, scientiam, & infallibilitatem habet. *Rom*. iii, 4, *Luc*, iv, 12,

ξ ε 2 2. Scrip-

2. Scriptura *S.* cum ordines in Ecclesia a Deo institutos enumerat, judicem talem non addit. *Rom, xii, 7, 8.* 1 *Cor, xii.* 28. *Eph. iiii,* 11.

3. Ecclesiarum rectores non sunt Scripturæ S. neque Ecclesiæ magistri; sed ejusdem autoritatis ministri. *Matth,* xx. 25: xxiij. 10, 1 *Cor, iii.* 5, 7. & *iv,* 1, 1 *Pet. v,* 3.

Fides nostra non debet niti testimonio hominis, aut ejus autoritate: 1 *Cor, vii.* 23. 2 *Cor, i,* 24. Sed verbo Dei. *Eph, ii,* 20.

5. Doctrina *Ecclesiæ* examinari debet ad scripturam. *Act xvii.* 11.

Object.

1. *Moses ad omnia dubia circa legem Dei exorta respondebat. Exod, xviii.* 13. ℟ Moses Propheta erat, quales jam non sunt, & causas ad Deum referebat, nihil in negotio religionis propria autoritate dicebat. Vide. ℣. 15.

2. *Deut, xvii.* 8. *Hic clare remittuntur ad judicem vivum, & summum Sacerdotem.* ℟. Remittuntur ad judicem politicum & ad Sacerdotes. ℣ 9 Qui vel os Dei consulere debebant, vel scriptam legem proponere. ℣ 11.

℣. 11. 12. Nihil vero propria autoritate agere.

3. *Eccles: xii, 11. Penitus acquiescendum, cum sententia data est à summo Pastore,* ℞. Laudantur hic verba, non summi alicujus *Pastoris*, sed sapientum, qui missi sunt à summo *Pastore* Christo, vel Deo.

4. *Si Ecclesiam non audierit sit tibi veluti ethnicus. Matth xviii, 17. Pastorum ergo ultimum judicium.* ℞. Judicium *Ministeriale* omnibus *Pastoribus* competit, qui audiendi sunt cum ipsi Deum audiunt sic & *Matth* 23. 2, 3.

Controversia, 2.

An, si detur talis judex, is Papa Romanus sit, aut concilium ab ipso approbatum? Neg. contra eosdem.

Arg.

1. Nec *Papa*, nec consilium, habent requisita talis judicis; divinam autoritatem, scientiam, infallibilitatem, &c.

2. Nemo illis talem autoritatem dedit: Deus non voluit, Ecclesia non potuit.

3. Sunt pars litigans, quæ in propria causa autoritativus judex esse non potest.

3. Olim transmarinis concessum non fuit appellare cathedram, Rom.

5. Mul-

5. Multi pontifices fuerunt hæretici.

Object.

1, *Matth, xvi,* 18. *Petro dicitur dabo tibi claves regni cælorum,* ℞.(1) Claves omnibus datæ, *Joh*, xx, 21. (2) Nihil aliud quam potestatem ministerialem notat, 1. *Cor, iv,* 1.

2. *Joh*, xxi, 15, *Pasce oves meas,* ℞. Id omnium Pastorum officium est

3. *Luc*, xxii, 32. R*ogavi pro te ne deficiat fides tua*, ℞ Sic oravit pro omnibus fidelibus. *Joh, xvii.* 17. Non ideo omnes Reges Ecclesiæ sunt: & omnibus illis in locis nullum verbum de *P*apa Rom: est.

Controversia 3.

An Christiani proprium aliquem Spiritum, ejusque revelationes, tanquam fidei & morum normam, & judicem, sequi debeant? Neg. contra Enthus, & Libert.

Arg.

1. Deus verbum suum ut regulam perpetuam proponit. *Luc xvi.* 29, *Gal, vi.* 16. 2 *Tim*, 1, 13.

2 Revelationes tales venditare improbatur, *Gal.* 1. 8. 2 *Thess*, 2, 2, 1 *Tim*. 1. 3. 1 *Joh*, 4, 1

3. Omnes Christiani Peophetæ non sunt, qui habent singulares revelationes. 1 *Cor, xii.* 29.

4 Ipsi

4. Ipsi Apostoli in disputationibus ad revelationes non confugerunt; sed verbum Dei, ut normam secuti sunt, *Act, xxvi.* 22.

5. Horum revelationes falsæ, & sibi contrariæ sunt.

Object.

1. *Omnes à Deo doctierunt, Joh, vi, 45.* R. Cum legem ejus, cordibus inscriptam habebunt, *Jer, 31. 33.*

2. *Qui prophetat, 1 Cor, xiv, 4.* R: Id donum paucorum erat, qui verbum Dei sequebantur.

Controversia 4.

An ratio hominis controversiarum judex sit Neg. contra Socin.

Tractata est hæc controv. Cap. I.

Controversia 5.

An quivis Christianus ex verbo Dei discernere & judicare debeat quæ sit vera religio, atque eatenus sibi controversiarum judex sit? Aff. contra Pontiff.

Arg.

1. Deus vult omnes ad cognitionem veritatis pervenire. 1 *Tim*, 2, 4.

2. Debent ea, quæ docentur probare ad scripturam S: 1 *Cor*, *x*, 15, 1 *Thess*, *v*, 21. 1 *Joh*, 4, 1.

3. Lau-

3. Laudantur qui ita agunt. *Act, xvii, 11, Rom, ii, 18. Phil, i, 10., 1 Cor, 11. 15.*

4. Reprehenduntur qui sic non agunt. *1 Cor, xv. 34, Luc, xxiv. 25.*

5, Fides non est res cœca, sed verbi intellecti receptio, *Rom*, 10, 14, 17. *Act*, 24, 14, *Col*, 1, 6, 2 *Tim*, 2, 25.

6, Fides nostra niteretur testimonio hominis.

Object.

1. *Labia sacerdotis custodient legem, Mal*, 11, 7, R. 1, Ibi agitur de Christo. 2, Pastorum quidem est publice explicare, sed populi tamen examinare spiritus. 1 *Joh. iv*, 1,

2, *Ergo religio pendet a judicio unius cujusque*, R. Non, sed cujusque est videre, an ea religio, quæ docetur, ex verbo Dei desumpta sit.

3, 2 *Pet, i*, 20. *Non est privata interpretationis*, R, i, e, *Quam quis fingit*, sed sensus sp, s: proponi debet.

§ XXIII Verus sensus scripturæ S: est, qui cum mente sp. s: circumstantiis loci, & analogia fidei convenit.

§ XXIV. Est autem hic sensus ut plurimum non nisi unus; aliquando tamen duplex. 1. *Verbalis*, qui verbis proponitur, 2. *Realis*, qui per rem propositam significatur.

sic

sic quod primo de agno dicitur, secundo de Christo intelligitur. *Joh*, 19, 36.

Controversia. 1.

An omni in loco sint quatuor diversi sensus: literalis, allegoricus, anagogicus, tropologicus? Neg, contra Pontif.

Controversia, 2.

An ejusdem loci sint duo sensus literales? Neg, contra eosdem.

1. Verbum Dei aptum est docere. 2 *Tim*, 3, 15. Debet ergo certam sententiam proponere.

2, Ex sensu literali tantum argumenta peti possunt.

3. Verbum Dei clarum, perspicuum, & infucatum est, non potest ergo incertos sensus habere. *Ps*, 12, 7, 1 *Pet*, 11, 2.

4. Non est humanæ expositionis, 2 *Pet*. 1, 20. Adeoque non illi, quos fingunt doctores; sed qui probari potest â Sp: *S*, intentus esse, sensus tantum est.

Object.

1. *Gal*, 4, 24. 1 *Cor*, 9, 8, 9, 10. R. Concedimus sæpe unam rem esse typum alterius rei. sed id ubique non habet locum, nec fingi â nobis debet; sed in scriptura S: inveniri.

Caput, 3.

Cap, 3

DE DEO.

§ I. DEus est, 1, Ens independens. 2, A quo dependent omnia, 3, Quod reliquorum omnium curam gerit.

Controversia.

An sit Deus, sive tale ens primum perfectissimum? Aff, contra Atheos.

Arg.

1, *Ab* essentia *C*reaturarum. Ubi est ens creatum, dependens, ibi necesse est, sit creator, & ens primum, independens.

2, Ab principio creaturum, Omnes creaturæ principium habuerunt, idque ipsis datum à Deo. Unde gallina? Unde ovum? necesse est alterutrum sit creatum à *D*eo.

3, Ex miraculis naturæ, constanti ordine, motu solis, lunæ, & astrorum, hyeme, & æstate, vita, & mutatione alimenti in corpora. Quæ omnia non nisi ab infinita sapientia esse possunt.

Object.

1. *Omnia sunt a natura,* ℞, Neg, Natura non est, nisi uniuscujusque rei essentia singularis.

2, *Mul*,

1, *Multa sunt inutilia in mundo,* R. Nihil omnino. Quæ homini inutilia, aliis utilia sunt.

3. *Bonis Dei cultoribus multa mala eveniunt, & contemptoribus bona. Resp.* Dura, & gravia non semper mala.

§ II. Cognitio Dei, ratione medii, quo comparatur; vel *naturalis* est, seu per naturam, *revelata* per verbum, vel *spiritualis* per sp: S

§ III. Quatuor de Deo cognoscimus. 1. Nomina, 2. Essentiam, 3 Personas, 4. Opera.

§. IV. Nomina Dei Hebræa sunt. Contractum יי׳ כי יה אדני אלהים אל שדי, Græca Θεὸς, κύριος, δεσπότης.

Controversia, 1

An nomina substantiva, essentiæ, naturæ, personæ trinitatis, recte de Deo prædicentur? Aff. contra Anab

Arg.

1. Scriptura eadem, & similia abstracta habet. *Rom.* 1 20 *Gal.* 4 8 *Phil* 2 6.

2. Habet & nomina concreta, unde talia abstracta formantur, Ut tres. 1 *Joh v.* 7 & *Apoc.* 1 8

3. Vere est in Deo, quod nominibus illis exprimitur.

Ob-

Object.

1 *Verba scripturæ sufficiunt, neque humanis vocibus opus est Res.* Illa etiam Scripturæ verba sunt, quorum concreta, origines, & similia, in ea habemus.

Controversia, 2

An Jehova *sit nomen Deo proprium, quod nulli creaturæ in scriptura communicatur? Aff. contra Socin.*

Arg.

1 Deus solus est J*ehova Ps: lxxxii* 18 J*er: xxxvii* 20 & *xlv* 6

2 Est hoc proprium, & distinctivum Dei nomen J*es xiii* 8 & xlvii 4. *Exod.* xv 3 *Hos.* xii 6 *Amos v.* 8.

3 Ideo vocatur magnum sanctum, & terribile J*es xliv* 26 *Ps xcix* 3.

4 significat ens independens, â quo dependent omnia Exod *iii* 14 P*s. xcvi.* 5 J*es xliv* 24

Object

1 *Angelus vocatur* יְהוָֹה, Gen *xvi* 13 *xviii* 13 Res Increatus, qui Christus ✠ 25 Judex terræ totius ✠ 8

2 *Altera vocatur* יְהוָֹה, *Exod* xvii. 15, ✠ Non: sed Deus ipse, qui solus vexillum Mosis erat

3 *Ais-*

3. *Hierosolyma vocatur*. יהוה. *Ezech.* *xlviij*. 35. ℟. Urbs non vocatur. יהוה, sed Deus dicitur illic præsens esse.

Controversia, 3.

An nomina Dei, Θεὸς, אלוהים. &c, *Essentiam Dei notent; an vero tantum imperium, potestatem, aut officium? Aff, prim neg, poster, contra Socin.*

1. Tum homines, in potestate constituti, proprie essent Θεοὶ, אלוהים contra, 1 *Cor*, viij. 5, 6.

2, Abstractum, Θειότης naturam significat, non officium, *Act*, xvij, 29, *Rom*. 1, 20, *Col*, 2, 9.

3, Deus non est Deus propter mundum, aut imperium in eum, sed natura: *Gal*: iv. 8:

4. Deus ab æterno, antequam ullæ essent Creaturæ, fuit Deus, *Rom*, 1, 20, & xvj. 26.

Object.

1. *Homines etiam Dii appellantur*, ℟. Nomen, non essentiam habent. Dii vocantur ob aliquam similitudinem, cum majestate, potentiâ, justitiâ, atque adeo essentia Dei; ut ob sapientiam & sanctitatem *Angeli*.

2. *Deus est Deus Deorum Ps*: 136. 1. ℟. Nuncupatorum. 1 *Cor*, viij 5.

3. *Ego dixi, estote Dii* Ps, lxxxij, 6. *Ioh*, x, 34. ℞. Estote *quasi Dei*. Omnino ergo nomen Deus hic essentiam, & attributa Dei respicit.

4. *Idola Dii sunt*, ℞. Illorum, qui ea ut Deum colunt.

§ V. Attributa Dei sunt perfectiones ejus, quæ declarant qualis sit.

§ VI. Colliguntur autem ex verbo, & operibus Dei. Idque: 1, *Per viam negationis*. Removendo à Deo omnes imperfectiones, *Act*, xvij. 29, *Non est auro similis, non est finitus*, 2, Per *viam causalitatis*, statuendo in Deo veras creaturarum perfectiones, sed eminentiori modo, ut *potentia, voluntas, scientia*. *Ps*, xciiij, 9.

§ VII, Et quia priora negant Deum creaturis similem esse, quatenus creaturæ sunt; posteriora eum creaturarum perfectiones excedere docent, inde attributa Dei alia *incommunicabilia*, alia *communicabilia* dicta sunt, Posses & *Dissimilia* creaturis, & *similia* dicere.

§ VIII. Omnia tamen hoc modo in Deo sunt: 1. In concreto, & abstracto: *Deus est bonus, & bonitas. lux*, 1 *Joh*, j. 5, 2 Atque ideo, ut in *Deo* sunt, ita in nullo alio repe-

periuntur. 1 *Tim*, j. 17. *solus sapiens.* 3. Ut omnia de se mutuo affirmari possint, *Potentia est aeterna. aeternitas est potens. infinita sancta* &c 4. Adeoque, neque ab essentia, neque a se invicem, nisi nostro concipiendi modo, diversa sunt.

§ IX. Attributa Dei procul dubio innumera sunt, nobis tamen potissimum revelatum est, quod sit spiritus, unus, æternus, primus, infinitus, immutabilis, simplex, sapiens &c.

§. X. *Spiritualitas* est attributum, quo Deus sine mole est, id omne quod est.

Controversia.

An Deus Spiritus sine corpore, & membris corporis sit? Aff. c. Vorst.

Arg.

1. Angeli Spiritus sine corpore sunt; *Luc.* xxiv. 39. multo magis Deus, qui Spiritus dicitur *Joh.* iv. 24 & pater Spirituum. *Heb.* xij. 9.

2. Deus non habet oculos carneos *Job.* x. 4. nec domum luteam incolit. c. iv. 18, 19. Nec corpori similis est, *Jes.* xl. 18.

3. Omne corpus est creatum, divisibile, & spiritu imperfectius, *Jes.* xxxj. 3. Quod in Deo esse non potest.

4. Solus filius est Deus in *una* carne manifestatus, non in duabus, 1 *Tim*. 3. 16.

Object.

1. *Viscera, oculi, manus*, Deo *adscribuntur*. R. Per ἀνθρωποπαθειαν. Qui spirituali sua potentia talia agit, qualia homines *corporali*.

2, *Videri potest* 1 *Joh*: 3. 2, *Resp: Christus* oculis corporis, *Deus* mentis.

§ XI. *Unitas* Dei est qua solus est, id omne quod est, *Jes*: 44. 8, Ad hanc etiam refertur simplicitas.

§ XII, Deus enim per unitatem *quasi genericam* est omne quod est. & per *numericam* solus id est.

Controversia. 1.

An quicquid est in Deo sit ipse Deus, ita ut in eo plura entia non sint? Aff: c. Soc: & Rem:

Arg.

1, Deus omnium rerum principium est, α, & ω, nullius principiatum, nullis ergo ex partibus compositus est, *Apocal:* 1. 8,

2, Jurat Deus, & creat per se, *Heb*: 6. 13, *Jes*: 44. 24, Et tamen jurat per Sanctitatem, & creat per potentiam, *Amos* 4. 2, *Rom*: 1. 20, Attributa ergo sunt ipse Deus.

3, Deus est ens perfectissimum. Perfectius autem est ex nullis, quam aliquibus partibus componi.

4, Duo

4, Duo infinita increata esse non possunt, *Jes:* 45. 6, Finitum autem & creatum, cum infinito & increato in unum ens coalescere non potest.

Objectiones,

1. *Definitio Dei non convenit attributis.* 2, *Attributa plura, & opposita sunt; misericordia & justitia. Resp:* Ut sunt in Deo, omnia unum, & idem sunt. Quæ nos cogimur diversis conceptibus nobis imaginari.

2, *Decreta potuerunt non esse, Deus non. Resp.* Actio decernens, quæ ipsa Dei essentia est, non potuit non esse; verum sententia conclusa, V. G. Paulus convertetur, potuit.

3, *In Deo plures sunt personæ. Resp:* Non tamen plura entia.

Controversia, 2.

An præter Deum *altissimum, sint alii vere, proprie dicti* Dii, *qui veram deitatem habent? Neg: c. Socin:*

Arg:

1, Unus solus est Deus, & præter eum nullus alius, *Jes:* 44. 6, *Marc:* 13. 33, 1 *Cor:* 8. 6,

2. Esse hominem, Angelum, & *Deum* opposita sunt, quæ de eodem, respectu

 ejus-

ejusdem, dici non possunt, *Jes.* xxxi. 3. *Act.* xiv. 15.

3. Unus tantum cœlum creavit, *Jes.* xliv. 24. Quod qui non fecit, verus Deus non est. *Jer.* x. 11.

Object.

1. *Magistratus Dii sunt.* ℞ Per metaphoram, ut homo homini Deus, angelus & lupus est.

2. *Christus est dominus factus, Act* 2. 36. ℞ Mediator, non Deus.

§ XIII. Æternitas est, qua *Deus* sine principio, successione, & fine est, id omne quod est. *Gen.* xxi. 33. *Rom.* xvi. 26.

Controversia.

An in æterna Dei existentia sit successio prioris & posterioris? Neg. c. Soc. & Rem.

Arg.

1. *Dies* & anni in duratione *Dei* non sunt 2. *Pet.* 3. 8, Nulla ergo successio.

2. Deus senescere, & mutari non potest, *Jac.* 1. 17. Nulla ergo successio.

3. Ubi primum non fuit, ibi nec secundum, nec sequens esse potest.

Object.

1 *Apoc.* j. 4. *Deus est, fuit, & erit,* ℞. Præterito, præsenti, & futuro creaturarum tempore idem est. 2. *Anni*

2. *Anni Deo tribuuntur, Dan, vij. 9.* Rc. Qui æternus est, etiam omnibus diebus mundi vixit.

3. *Ergo omnia tempora simul existunt in aeternitate.* Rc. Non; sed eadem æternitas est in omnibus temporibus, cum sunt.

§. XIV. *Primitas*, seu independentia *Dei* est qua *Deus* à nullo est, id omne quod est, & creaturæ ab ipso sunt omne quod sunt, *Rom. xi. 35, 36.*

§. XV. *Dicitur* ergo independens ratione essentiæ, personarum, attributorum, & actionum: quoniam illorum omnium nec causa Physica extra *Deum* datur, nec moralis, *Apoc.* i. 8.

§. XVI. *Immensitas*, seu infinitas *Dei* est, qua *Deus* absque mensura & termino est, omne quod est. Quæ *omnipræsentia* dicitur, quia *Deus* toti mundo præsens est; *infinitas*, quia mundo non continetur.

Controversia, I.

An Deus essentia sua omnibus mundi locis præsens sit? Aff. c. Socin. Anab. Rem.

Arg.

1. Omnibus creaturis præsens est. *Act. xvij. 27. Ps. cxxxix. 7.*

2. Cœlum & terram implet. *Jer. xxiii. 23. Jes. lxvi. 1.*

3, Omnia *per se ipsum* creat & conservat. Omnibus ergo ipse adest, *Jes*: 44. 1,

4, Alioqui Christus in terris ambulans non fuisset verus Deus, vel tunc in cœlo verus Deus non fuit, sed Christus deitatem de loco in locum secum traxit.

Object,

1, *Deus est in cælo*. *Resp*: Etiam in terra *Jos*: 2. 11,

2, *Contaminaretur locis sordidis*, *Deut*: 23. 13, 14. *Resp*: Non magis quam anima corpore sordido; *S*piritus enim est. Mandatur autem, *Deut*: 23. Honestas publica, etiam propter Deum observanda.

3, *Deus dicitur descendere, non esse in vento*, 1 *Reg*: 19. 11, *Resp*: *S*ignis extraordinariis.

4, *Longe est ab impiis*. *Resp*: Gratia, & auxilio.

Controversia 2.

An essentia Dei *finita sit, certisque terminis contineatur*? *N*: *c*: *eosdem*.

Arg:

1, Cœli cœlorum ipsum non circumscribunt, 1 *Reg*; 8, 27, *Job*, 11. 7, 8,

2, Qualia attributa, talis essentia. Cum ergo potentia, & sapientia Dei infinita sit, infinita quoque est essentia, *Psal*; 145, 3,

3, O.n, i:

3, Omne finitum ab alio definitum est, qui ei talem formam & terminos dedit. Quod de Deo dici nequit.

Object.

1. *Omne ens requirit suos terminos, quibus ab alio differt.* *Resp*: Ens creatum; increatum sua infinitate ab alio distinguitur.

2, *Deus rei minori, & majori aqualis esset; atque ita seipso major.* *Resp.* Id in spiritu, præsertim infinito, locum non habet: Anima viri major non est quam fuit infantis. Legio dœmonum in uno homine erat, *Marc.* 5. 9.

§ XVII, Deus creaturis ita præsens est. 1. Omnibus essentia. 2. Piis etiam gratia. 3. Beatis gloria. 4. Impiis vindicta. 5. Christo unione personali.

§ XVIII, Immutabilitas Dei est, qua Deus nunquam aliud est, nec esse potest, quam quod est, *Jac*: 1. 17, Cum enim creat, punit, non ipse, sed creatura mutatur.

§ XIX. Intellectus Dei est facultas qua novit omnia, quæ sunt, & non sunt; erunt, & non erunt.

§ XX. Scientia Dei à creaturarum, differt. 1. *Objecto*, Deus novit omnia. 2, *Modo*, omnia per essentiam. 3, *Gradu* omnia perfecte.

Sect. XXI. Scientia Dei vulgo dividitur, in *simplicis intelligentiæ*, qua essentias rerum intuetur, & *visionis*, qua futura novit. Sed quia ad differentiam rerum dividi debet, melius dicitur, vel possibilium, vel futurorum, vel existentium, vel præteritorum esse. Alii vel naturalem, vel liberam statuunt.

Controversia. 1.

An Deus futura contingentia, actionesque creaturarum liberarum præsciat? Aff. c. Socin. Arg.

1. Novit omnia; Ergo & futura contingentia, 1 *Joh.* 3. 20. *Heb.* iv. 13.

2. Diserte dicitur ea præscire, *Psal.* cxxxix. 2. *Gen.* xviij, 19.

3: Prædicit ea 1 *Reg.* xiii, 2. *Jes.* xlvi: 10. *Zach*, xi, 12. *Mar.* xiv, 30.

4, Atque eo ipso distinguitur ab idolis, *Jes*, *xli*, 22, 23.

5, Alioqui nihil posset operari ad consilium voluntatis suæ, *Act*, 4. 28, *Eph*, j, 11,

Object.

1, *Non habent determinatam veritatem* R. Ratione causarum secundarum, sed bene ratione providentiæ Dei, *Act*. ij. 23.

2, *Deus dicitur exspectare quæ non eveniunt*,

unt. Jes. 9, Pœnitentia duci. ℞: Omnia ἀνθρωποπαθῶς, quia facit ea, quæ solent homines cum ita affecti sunt.

3. *Tollitur libertas hominis,* ℞. Nequaquam. Illa enim in eo sita est, quod homo, prævia electione, agit quod lubet.

4. *Tollitur libertas Dei, quia res mutari non potest.* ℞. In eo libertas Dei, quod libere exequitur, quod libere exequi decrevit; non ut contra scientiam agere queat.

Controversia. 2.

An Deus ante decretum, per scientiam aliquam mediam, videat quid creaturæ posita aliqua conditione, independenter ab ipso actura essent? N. C. Jesuit. Rem.

Arg.

1. Per eam creaturæ statuuntur prima causa, independenter à Deo agentes, contra *Prov*, 16, 9. *Jer*, 10. 23.

2. Per eam futura statuuntur futura esse, non per decretum Dei, sed à se ipsis. contra *Rom*. 11. 36. *Apocal* 4. 11.

3. Per eam Deus statuitur nec bona, nec mala immittere, sed omnia, uti jam ante ejus decretum futura erant necessario approbare. contra *Zeph*. 1. 12. *Rom*, 10. 18.

4. Neque ergo in adversis ad Deum re-

refugiendum esset, neque pro prosperis gratiæ Deo agendæ, contra, *Psal*: 50. 15.

Object.

1. *Si David manserit Ceila, ipsum tradent*, 1 *Sam*. 23. 9. *Resp*. i. e. Animum tradendi habent; & tradent, Deo, modo ordinario, concurrente.

2, *Matth*. 11. 21, *Si Tyrii vidissent ea signa, convertissent se*. *Resp*. Secundum ordinarium cursum mediorum; quia illorum corda minus dura.

3. 2 *Reg*. 13. 18. 19, *Si sæpius percussisses terram, &c*. *Resp*. Nequaquam Deo non adjuvante: qui Prophetæ dixerat, si sæpius feriat terram, faciam ut Syrios subigat.

§ XXII. Hæc de scientia Dei: Voluntas est, *Qua vult, aut non vult, id quod novit*. Sumitur autem voluntas. 1, *Pro* quasi facultate, de se indifferenti ad hæc, & illa objecta, *Eph*. 1. 11, (2) Pro actu statuente hoc, aut illud, *Apoc* 4. 11. (3) *Pro* conclusione, seu sententia statuta, *Jac*: 4. 15,

§ XXIII. Versatur autem vel circa *Deum* ipsum, amore, & approbatione; vel circa *creaturas*.

§ XXIV. Quæ circa creaturas versatur, alia est *realis*, decernens rerum existentiam,

tiam, vel non existentiam. *Eph.* 1. 11. Alia *moralis*, mandans virtutes, vetans vitia, promittens præmium, 1 *Theß.* 4. 3. Alia *Permittens* peccata, R*om*: 9. 22, Vulgo occultam & revelatam, signi & beneplaciti statuunt; sed confuse, & male.

§ XXV. *P*roprietates istius voluntatis sunt quod sit. 1, Sancta, 2, Libera. 3, Æterna. 4. Immutabilis, 5, Efficax.

Controversia. 1.

An voluntas Dei *realis alia sit* antecedens *qua aliquid ante præscientiam, in se vult, non habita ratione circumstantiarum; alia* consequens; *qua post prævisum actum creaturæ, ejus contrarium decernit? N. c.* Soc, *&* Rem.

Arg.

1. Deus voluntate antecedente vellet quod videt se non assecuturum, contra, *Psal.* 33. 11, Job: 42. 2.

2, Voluntas consequens dependeret à creaturis, nec Deus misereretur cujus vellet, sed ejus qui vellet, contra, *Rom.* 9. 16, 18.

3. Deus contraria decernet, & votis prioribus quotidie excideret, contra, *Psal.* 135, 6. *Eph.* 1. 11.

4. Præscientia *Dei* æterna est, quam nihil antecedit, *Act:* 15, 18.

Ob-

Object.

1. *Sic Christus voluit omnes congregare, Matth. 23, 37.* ℞. Voluntate humana. *Quoties volui?*

2. *Gen. 22. Primo volebat mortem Isaaci, postea vitam.* ℞. Non volebat, i. e. *decernebat*, sed *mandabat*. Et primo mandare volebat, postea vetare.

3. *Voluntate antecedente vult omnes salvari, 1 Tim. 2. 4.* ℞. Quasi salutem singulorum decrevisset, etiam damnatorum. Sensus est, *institutum Dei est, ut quemvis hominem salvare studeamus.*

Controversia. 2.

An dentur in Deo levia desideria optationes inefficaces, quas velleitates vocant? N. C. *eosdem.*

Arg.

1. Eadem quæ supra arg.

2. Qui non fruitur eo quod desiderat, beatus non est. *Thren.* 3. 18. Deus autem beatus, 1 *Tim.* 6. 15.

3. Cur frustra quid optaret, cum omnia efficere possit? *Luc.* 1. 37.

Object.

Psal. 81. 14. *Utinam audivissent.* ℞. Deus jubet Prophetas bonitatem rei verbis optantibus proponere; ipse non optat.

Con-

Controversia, 3

An omnis Dei voluntas sit absoluta, firma, efficax; nulla conditionata, infirma, inefficax? Aff. c. eosdem.

Arg.

1. Omnis Dei voluntas est definita sententia, *Act.* 2, 23, Conditionatam autem non plene definitum est.

2. Ex voluntate Dei res è possibili fit futura, *Apocal.* 4. 11. Ex conditionato autem nihil; omnia manent incerta.

3. Homo tam obediendo, quam non obediendo impleret eandem voluntatem Dei; *Si pius fueris salvabo te, si impius damnabo*

4. Nulla Dei cogit[illegible]tam infirma est, ut rescindi possit. Job 4[illegible] Jes. 46. 10.

Object.

1. *Ergo nec virtuti nec præmio locus datur; quia Deus facit omnia.* ℞ Non quasi causa prima essemus, solæ sine Deo agentes; sed bene ut causæ secundæ, quæ agunt virtute, & gratia Dei, *Philip.* 2. 12, 13,

2. *Ergo Deus plurima præcipit, quæ serio non vult; quia non eveniunt.* *Resp.* Si *vult* significat *mandat*, Deus serio mandat, & mandare vult; sed *si vult* significat *decernit*, Deus non omnia decernit; quæ mandat, *Exod.* 7. 2, 3.

3. *Ergo*

3. *Ergo est causa peccati.* *Resp:* Neg: decernit permittere, non facere peccatum.

Controversia. 4.

An nullæ ergo passiones animi vere in Deo reperiantur? N. C. *eosdem,*

Arg.

Quia omnes pugnant cum perfectione. beatitate, omnipotentia, scientia, & immutabilitate Dei; Confer: *Num*: 23. 19, *Psal:* 115. 3, *Jac:* 1, 17.

Object.

Attamen tribuuntur Deo. *Resp*: Quod ad effectum, non affectum. 2, Solent Prophetæ talibus verbis naturam *rei*, non *Dei* proponere.

§ XXVI. Voluntas *moralis* non extenditur ulterius, nisi ad moralem rei bonitatem, vel malitiam, quam Deus vult creaturæ proponere. Quare ea sæpe non impletur; *decernens* autem, & *permittens* semper impletur, 2 *Chron*; 25. 16,

§ XXVII. Quæritur hic, an voluntas Dei sit prima regula omnis sanctitatis? seu sola ratio cur aliquid bonum, & sanctum sit?

Resp, 1 Voluntas Dei non est sola causa harum connexionum, *Deus est sanctus, virtus est bona, peccatum est malum.* 2 Neque-

quod

quod posita hypothesi bonum præscribat, malum vetet. Posito homine non potest ei mandare ut Deum, virtutem, veritatem odio habeat; sed præscribere debet, ut amet.

Sed prima causa cur Deus hominem esse vult, & hoc quod bonum est, actu ei præscribere, ea sola est Dei voluntas.

Adeoque prima creaturæ actualis obligatio, est voluntas creatoris, *Luc*: 22. 42,

§ XXVII. *Potentia* Dei est facultas, qua Deus efficere potest quod vult, & velle potest. Quod in Scriptura S: proponitur. 1, *Positive*, quod sit omnipotens, *Apoc*: 1. 8, (2) *Negative*, quod nihil ei impossibile, *Luc*: 1, 37, (3) *Comparative*, quod possit ea, quæ nemo potest, *Matth*: 3. 9, & 19. 26.

§ XXVIII. Hæc Dei potentia solet distingui in *absolutam*, ante decretum Dei, qua efficere potest, omne quod velle efficere potest, *Matth*: 3. 9, Et *ordinatam*, post decretum Dei, qua facere potest, quod vult, *Psal*. 115. 3, Absoluta tamen à decreto quidem, verum non à natura Dei soluta est, 2 *Tim*: 1, 13.

§ XXIX. *Justitia*, & Sanctitas Dei est, qua Deus sine ulla iniquitate est, omne quod est.

§ XXX.

Sect. XXX. Per justitiam ergo, 1. *Deus* est justus, *Deut.* 32. 4. (2) Decernit, vult, & mandat justa, *Zeph.* 3. 5. (3) Agit juste: *Ps.* 145. 17. Idque in natura, *Ps.* 119. 137. Damnatione, 2 *Thess.* 1, 6, glorificatione, 2 *Tim.* 4, 8.

Controversia,

An essentia Dei ita sit justa, ut peccatum impunitum dimittere non possit? Aff. contra Socin.

Arg.

1. Posito peccato ponitur comminatio mortis, *Gen.* 2, 17. Quam impleri necesse est, 2 *Tim.* 2. 13.

2. Major antipathia est inter *Deum*, & peccatorem, quam inter lucem & tenebras, 2 *Cor.* 6. 14. Non potest ergo non aversari illum, *Prov.* 3. 32.

3. *Deus* non potest non esse judex omnium, cujus judicium secundum veritatem, & justitiam esse debet. *Gen.* 18, 25. *Exod.* 20, 7. *Rom.* 2. 2.

Object.

1. *Deus peccata gratis remittit, Mat.* 18, 27. *Resp*: Respectu nostri, qui nihil solvimus: non Christi, qui satisfecit, *Rom.* 3, 25.

2. *Miseretur cujus vult, Rom.* 9, 18: *Resp*: Nequaquam tamen læsa justitia: quoniam pec-

peccata eorum, quorum libere misereri vult, in Mediatore punit.

3, *Potest de jure suo remittere.* *Resp:* De justitia non magis potest amittere, quam de sua essentia, 2 *Cor*, 6, 14. 2 *Tim*, 2, 13.

§ XXXI. *Misericordia* Dei, non est nisi ejus bonitas. Quæ *metaphysice* ejus sufficientia est; *moraliter*, ejus sanctitas; *effective*, libera voluntas producendi creaturas, & productis benefaciendi; vel in natura, *Psal*, 148, 8, 9. vel in gratia, *Luc*: 1, 78.

§ XXXII: Dominium Dei in creaturas, est potestas statuendi de iis, quod ipsi lubet: Quo hæc sex facit. 1, Destinat eas fini, cui vult, *Rom*, 9. 18. (2) Dat essentiam, quam vult, *Act*, 17, 25, (3) Præscribit quod vult, *Gen*: 22. 2. (4) Operatur in iis quod vult, *Philip*, 2, 13. (5) Permittit, & immittit mala, quæ vult, 1 *Sam*, 3, 18, (6) Neque ulli rationem debet, *Rom*, 9, 20,

§ *XXXIII*, Fundamentum hujus dominii divini *in Deo* non est nisi ejus eminentia. & primitas, *Rom*, 9: 20, 21, *In creaturis* quidam actus non requirunt fundamentum; ut destinatio, creatio: quidam, puta judicii, fundamenta habent: 1, Dependentiam creaturarum à Deo: 2, Fœdus cum ipsis: 3, Male, aut benefacta ipsarum.

Caput

Caput, IV.

DE TRINITATE.

§ I HActenus de essentia Dei, sequitur de personis. Ut persona dici quid possit, requiritur. 1, Ut sit substantia 2, Intelligens. 3, Non pars alterius. 4. Ab alio non sustentata. Persona ergo statum completum substantiæ intelligentis notat.

§ II. Persona divina nec solam essentiam, nec solum subsistendi modum significat; sed essentiam tali modo se habentem.

§ III. Tales personæ in Deo tres sunt, à se in vicem, quatenus personæ sunt, vere distinctæ, ut alius & alius; omnes tamen ὁμοούσιοι, eandem numero essentiam habentes, Pater, Filius, & Spiritus, S. *Mat*: 28. 19

§ IV. Nomina, *Dei, Patris, & Spiritus* aliquando essentialiter in Scriptura usurpantur, aliquando personaliter, *Joh*: 3. 16, *Act.* 20. 28.

§ V. Essentia neque essentiam, neque personam produxit, ut nec persona essentiam, [illegible] producens & productum non nisi persona est.

§ VI.

§ VI. Productio hæc naturalis, non libera est actio: adeoque necessaria. æterna, infinita, interna, Joh. 1. 18,

§ VII. Differt persona divina ab essentia, atque ab alia persona, ut persona divina ab essentia. atque ab alia persona. Differentiæ *reales, modales*, differentiæ creaturarum sunt, in quibus nihil huic simile reperitur.

Controversia, 1.

An sint plures essentiæ divinæ? N: c: *Vorst. Epis:*

Arg.

1, Unus est tantum Deus. Ergo non nisi una essentia, 1 *Cor*: 8. 6, *Joh*: 17, 3.

2, Scriptura S: non nisi unius deitatis meminit, *Rom*: 1. 20, *Act*: 17. 29.

3, Ab uno tantum, & unius potentia omnia creata sunt, *Jes*:44 24, *Rom*: 11. 36 Ergo non nisi una essentia, *Jer*: 10, 11.

4. Alioqui de uno non posset dici, quod solus per essentiam esset bonus, *Luc*: 18. 19, sapiens, *Rom*: 16 27, Potens 1 *Tim*: 6. 15, 16.

Object.

1, *Sunt alius, & alius.* Resp: Non aliud, & aliud.

2, *Vere sunt Distincti, & propriæ actiones ipsis competunt.* Resp: Non ratione essentiæ, sed qua personæ,

Con-

Controversia 2.

An in una illa essentia plures sint distinctæ personæ? Aff: c; Soc,

Arg:

1. Quia plures idem opus agunt: *Elohim bara:* Dii creavit, *Gen:* 1, 1: *Jos*, 24 19; *Est Dii judicantes*, *Psal:* 58, 12,

2, Deus de se dicit, *nos*, *nobis*, *Gen:* 1, 26 & 3, 22 117.

Plures sunt idem Jehova, *Gen.* 19. 24. *Jer*. 27. 6.

Exceptiones.

1. *Ita Reges loquuntur*, *Nos Carolus*, *Resp.* Non cum singulari, nos Carolus hoc mando, sed mandamus. 2, Deum in eo imitari volunt.

2, *Gen:* 1, & 3. *Deus angelos alloquitur.* ℞ Habetur *ad imaginem nostram*, *ad imaginem Dei*: Angeli autem Deus non sunt, neque homo ad eorum imaginem creatus est.

3. *Ps*, 72. *Elohim de hominibus*, ℞ Non de uno, sed de pluribus dicitur; *vos estis elohim*. Instant, *Exod*. 4. 16. *De uno Mose dicitur*, *tu eris ei Elohim:* ℞ i.e. loco Elohim.

Controversia. 3,

An in una illa essentia tres sint distinctæ personæ? *Aff:* c: *Soc*.

Arg:

Arg:

1. Diserte tres recensentur tanquam ejusdem auctoritatis, 1 *Joh*, 5, 7. *Joh*, 15, 26

2, In missione filii tres conspiciuntur, *Matth*, 3, 16. *Jes*, 48, 16.

3, In Baptismo tribus ut uni Deo consecramur. *Matth*. 28, 19,

4, Salus à tribus ut uno Deo petitur, 2 *Cor*. 13, 13.

Object:

1, *Omnis persona est substantia intelligens; ubi ergo tres personæ ibi tres substantiæ*: ℞, Neg: Unaquæque persona in Deo est substantia intelligens per eandem numero essentiam.

2, *Deus ille unus est trinus in personis; Pater est* Deus *ille unus: ergo* Pater *est trinus in personis*, ℞, Vox *Deus* in majori *essentialiter* sumitur; in minori *personaliter*: Pater non est Deus ille unus, cum per vocem Deus intelligitur essentia tribus personis communis,

3, *Vox* Deus *est nomen personæ; ubi ergo tres personæ, ibi tres* Dii: ℞ Imo Deus ut plurimum est nomen essentiæ:

4. *Ergo tres illæ personæ realiter inter se distinctæ, inter se realiter sunt eadem* ℞ Distinctæ qua personæ, eædem quod ad essentiam:

5. *Hoc*

5, *Hoc in creaturis esse non potest*: ℞ Ut nihil quod est Deo proprium: In creaturis tamen una persona potest habere duas substantias, animam & corpus. Quidni una substantia in Deo tres habeat personas?

Controversia, 4.

An salvator noster I. C. *sit verus ille Deus altissimus*? *Aff*: *c. Socin*:

Arg.

1. Ex nominibus Dei, est Jehova Tzebaoth, *Jes*. 25. 9. *&* 47. 4. *Jer*. 23, 6. Deus verus, 1 *Joh*. 5. 20. Supra omnia, *Rom*. 9. 5.

2, Ex attributis. *α*, *&* *ω*, omnipotens. *Apocal*. 1. 8. Æternus, *Mich*, 5. 1. *Joh*. 17. 5. Omnipræsens, *Matth*. 18, 20. Omniscius, *Joh*. 21. 17.

3, Ex operibus, creationis, *Joh*: 1, 3 *Col*: 1, 16, Conservationis, *Heb*: 1. 2, 3, Excitationis mortuorum, *Joh*. 5, 21. Redemptionis, *Hos*: 1, 7 Solus autem Deus est Redemptor, *Hos*: 13, 4. *Facit omnia quæ pater*, *Joh*: 5: 19:

4: Ex honore, & cultu Dei; adorationis, *Heb*: 1. 6, *Joh*: 5: 23: fidei in ipsum, *Joh*: 14. 1, Baptismi, *Matth*: 28. 19.

Objectiones.

Omnes petuntur ex humana Christi natura, officio mediatorio, & generatione, ut

1, *Pater*

1, *Pater est Deus, Caput, Pater Christi, major ipso; Christus autem ejus Servus, Sacerdos, Mediator, unctus, tentatus, mortuus &c. Res.* Ratione humanæ naturæ, & officii mediatorii. Ut homo ratione corporis est terreus, visibilis, corruptibilis, &c. ratione animæ non.

2, *Nihil potest facere à se ipso Ioh.* 5 19. R, Quasi esset separatus a Patre. Additur enim; *nam quicquid ipse agit, id etiam agit. Filius.* Quia non nisi unus sunt Deus.

3, *Col,* 1, 15. *Primogenitus creaturarum est.* R, i. e. genitus ab æterno, ante omnes creaturas.

4. *Gignens debet prior esse genito, Res,* In generatione libera, non in necessaria.

5, *Aut existentem genuit, aut non existentem, Res,* Neutrum; sed sibi coæternum.

§. VII. Nihil hic ad modum creaturarum, verum omnia digne Deo cogitari debent. Vocatur generatio, ut cogitemus, quemadmodum genitum in creaturis est ejusdem naturæ cum generante, & spiratio vita nostra; ita in Deo, hanc esse naturam, & vitam Dei, quod sit Pater, filius, & Sp. S.

§. VIII. De Sp. S, quinque credi debent, 1, quod sit persona, 2, divina. 3, distincta à patre & filio. *Ioh, xiv,* 16, (4) ab iisdem

procedens, *Ioh*, *xv*, 26 (5) tertia ordine 1 *Joh*, 5, 7.

Controversia, 1.

An Spiritus sit persona? Aff, *c*, Soc.

Arg.

1, Intellectu & voluntate præditus est, 1 *Cor*, 2, 10, 11, & 12, 11, distribuit dona ut vult.

2, Opera personarum ei tribuuntur; docet *Ioh*, *xiv*, 26, ducit, *Joh*, 16, 13. hominem de loco in locum transfert, 1 *Reg*, *xviii*, 12, mortuos excitat, *Rom*, 8, 2

3, Distinguitur à donis, ut summus auctor 1 *Cor*, *xii*, 4, 11, *Gal*, 5 22.

4, Peccatur contra eum, ut contra patrem & filium, *Matth*, *xii*, 32, *Act*, *v*, 9.

5, Numeratur ut tertia persona cum patre & filio, *Matth*, 28, 19, 1 *Joh*, 5 7.

Object,

1, *Est virtus* Altissimi, *Luc*, 1 35, Res, Per Altissimum ipse spiritus intelligitur, *virtus Altissimi* est virtus Spiritus S.

2, *Christus esset ejus filius: quia conceptus Spiritu* S, Res, Neg, neque enim quod ad humanam naturam, nec quod ad divinam, ejus Pater est.

Co

Controversia, 2.

An Spiritus S: sit verus ille Deus cum Patre, & filio Aff, c, Soc.

Arg.

1. Ex nominibus Dei; quæ tribuuntur Spiritui S. *Act*, 5, 3, 4, 1 *Cor*, 3, 16, 17.

2, Ex attributtis Dei; est Altissimus. *Luc*, 1, 35. Æternus *Heb*, 9, 14. Cmnipræsens. *Psal*, *cxxxix*, 7, Omniscius. *Act*, 1, 16, 1. *Cor*, 2, 10.

3, Ex operibus; *Creationis* Job, 33, 4 Luc. 1, 35. *Miraculorum* Matth, 12, 28. *Excitationis mortuorum*. Rom, 8, 11, *Institutionis Scripturæ* S, 2 Tim, 3, 16 coll, cum 2 Pet. 1, 21.

4, Ex cultu; *Baptismi* Matth, xxviii, 19. *Orationis*, 2 Cor: xiij. 13. *Obedientiæ*, Apoc. 2, 29, *Juramenti* Rom, ix, 1. *Peccatur contra ipsum* Matt, xij, 32. Jes. lxiij, 10.

Objectiones.

1: *Est Spiritus Dei*, *Res*, Ut Christus filius Dei; voce *Dei* personaliter sumpta.

2: *Est virtus Dei*, *Act*, 1, 8, *Res*, Id non legitur; sed ita, *accipietis virtutem Sp*, S. Ille ergo Deus est, cujus virtus divina est.

3. *Est digitus Dei*, *Luc*, *xi*, 20. *Res*, Digitus *Dei* est digitus *Spiritus*; seu signum potentiæ ejus.

4, *Nondum erat* Joh, 7, 29. Res, Tali modo operans.

5, *Mittitur, donatur*, Res, Tali modo operans; ut Deus etiam se ipsum nobis donat, Joh, 14, 23.

6, *Scrutatur*, 1 Cor, 2, 10, Res, Ut Deus corda. Rom, 8, 27. i, e. funditus novit.

7, *Orat pro nobis*, Rom, 8, 26, Res, i,e. orare nos docet & facit.

8, *Audit & accipit ab alio* Joh, xvi, 13, 14, Resp. Tanquam alia persona testatur Jesum esse Christum. Tres enim sunt testes in coelo, Pater, Filius, & Sp.S.& hi tres unum sunt, 1 Joh, 5, 7.

Caput, V.

DE DECRETIS DEI.

§ I. ACtiones Dei ratione objectorum dividi possunt, quod vel circa Deum ipsum versentur: ut *generatio, spiratio, cognitio, & amor sui*. Vel circa creaturas. Quæ vel æternæ sunt: ut *decreta*, vel temporales, ut *creatio*.

§ II. Decretum Dei est definita Dei sententia rem ab æterno futuram, vel non futu-

futuram statuens, Act, 2, 23, & iv, 28.
§ II. Decretorum attributa præsertim quinq; sunt. 1. Quod sint libera. 2, Æterna. 3, Absoluta. 4. Immutabilia, 5. Prima rerum causa.

Controversia, 1.

An decretum Dei in Deo sit accidens? Neg. contra Socin, & Remonst.

Arg.

1, Deus creat per essentiam; ergo multo magis decernit. *Jes, xliv*, 24.

2, Amor in Deo non est accidens, sed ipse Deus; ergo & decretum. 1 *Joh, iv*, 8.

3. Si esset accidens, vel creatum foret, quod in Deo esse non potest: vel increatum, quod præter Deum nullum datur.

4. Si esset accidens, Deus perficeretur per aliquid à se distinctum.

Object.

1. *Essentia Dei numero una est; decreta numero plura.* Res. Decreta plura sunt ratione rerum decretorum; sed actio decernens una tantum.

2, *Essentia necessaria; decreta libera sunt* Res. Actio decernens necessaria; sed eâ hoc, vel illud statuere, liberum.

3. *Decreta contraria sunt*, Res, Sententiæ

decretæ contrariæ quidem sunt; ut de mundo creando, & in nihilum redigendo, sed actio tantum una.

4. *Essentia est independens: decreta à voluntate dependent*, Res, Sententias illas statuere à voluntate dependet; sed actio determinens ipsa voluntas est.

Controversia. 2.

An omnia Dei decreta æterna sint; & nulla in tempore facta, Aff. contra Socin: Rem.

Arg.

1. Decreta Dei vocantur cogitationes Dei internæ, *Ps*, 33, 11, *Jes*, 14, 26. Illæ autem æternæ.

2. Electio, seu decretum de salute hominum, & mediis, æternum est; ergo etiam de creatione, gubernatione, lapsus permissione, & restitutione, *Eph*, 1, 4, 5. & 3, 11. 1 *Pet*, 1, 20. *Matth*, 25, 34. *Jes*, 37. 26.

3. Quicquid in tempore facit, id agit juxta æternam suam præscientiam, & consiliũ: ergo omnia illa æterna. *Act*, 15. 18. *Eph* 1, 11.

4. Si in tempore novum decretum formari posset, res in tempore futura esse inciperet, quam Deus nec præscire, nec prædicere potuisset.

Ob-

Object.

1. *Quædam singulari modo æterna dicuntur.* *Eph*, 1, 4. *Res*, Æterna vocantur, sed non opposite ad alia.

2. *Ergo Deus jam nihil haberet quod decerneret.* *Res*, Ita est. Ut hodie nihil habet, quod de novo cognoscat, & discat.

§ IV. Decreta Dei dicuntur absoluta. 1. Quatenus sententiæ determinatæ, & certæ sunt: non animi suspensi desideria:, necdum plane determinata, 2. Quatenus à nulla præcedente conditione pendent 3. *Quatenus* Deus ea impediri, aut excidere non vult.

Controversia, 1.

An decreta Dei sint sententiæ adhuc pendentes & nondum determinatæ? Neg: contra Jesuitas.

Arg.

1, Vocantur determinantum *Dei* consilium, & statutum, *Act* 2. 23, *Jes*, 25, 1.

2, Ex sententia pendente nihil futurum esse. inciperet, contra *Ps*: 33. 11, *Jes*, 14 27.

3, Deus sententia pendente non magis aliquid decrevisse, quam non decrevisse dici posset. contra *Jes*, 37, 26.

4. Necessario altera pars sententiæ mutari deberet. contra *Job*, *xly*, 2.

Controversia, 2.

An aliqua Dei decreta pendeant ex conditione à creatura perficienda? Neg contra Socin: & Remonst.

Arg.

1. Deus omnia propter se facit, neq; à creatura dependet. *Prov*, 16.4, *Rom*, 11. 35, 36

2, Creatura nihil potest, nisi quod Deus decrevit. *Act*, 2, 23. Ergo actio creaturæ decreto posterior est; quare decreti causa esse non potest.

3. Illa decreta essent sententiæ pendentes contra quæ dicta sunt.

Object.

1, *Si credideris salvaberis.* Marc: 16, 16, *Res*. Id non formam decreti; sed sententiæ moralis continet: qua exponitur, quod Deus ei, cui fidem dat, etiam salutem daturus sit.

Controversia, 3.

An decreta Dei *bene distinguantur in peremptoria, seu efficacia; & non peremptoria, seu non efficacia?* Neg: *contra Rem.*

Arg.

1. Nam omne Dei decretum est efficax, & impletur, *Ps*, 33. 11. *Job*, *xlij*, 2, *Eccles*. 3 14.

2. Vo-

2. Voluntati ejus resisti non potest. *Rom.* 9. 19. *Jes.* xiv. xxvii.

3. Frustra Deus vellet, aut decerneret, quod videret effectum non habiturum.

Object.

1. *Num, xiv,* 23. *Quos Deus primo in Canaan ducere decreverat, postea noluit* Res, Imo eos introduxit, quos introducere decreverat.

2, *Luc,* 7. 30 *Consilium Dei rejecerunt*, Res. Consilium istic est institutio, & mandatum Baptismi.

§. V. Decreta Dei ratione rerum decretarum sunt triplicia. (1.) Est *effectivum* de re efficienda. *Eph.* 1. *xi.* (2) *Morale* de re mandanda. *Eph.* 1, 9. (3) *Permissivum*, de peccato permittendo. *Act,* 4, 27. 28. Ut de voluntate Dei diximus.

§. VI. Nequaquam tamen omnia quæ decrevit mandare, etiam decrevit efficere: tum enim innumera decreta quotidie exciderent. Et quoniam omnibus sanctitatem, & impletionem legis mandat; decrevisset omnes per legem salvare. Sed ea tantum efficere decrevit, quæ fiunt, sive bona sint moralia, sive naturalia. *Rom,* xi. 36.

Con-

Controversia.

An Deus etiam futura contingentia decreto suo absolute determinarit? Aff. c, Soc, & Rem.

Arg.

1, Diserte dicitur decrevisse quæ Herodes & Pilatus libere agebant. *Act*, 2. 23. & 4, 27, 28, Vide & *Jes.* xiv. 26.

2. Determinavit quot homines nascerentur, qui, & ubi. *Act*, xvii. 26. quod tamen contingens.

3. Ita & omnia decreverat quæ Christo libere inflicta sunt. *Matth*, xxvii. 35. *Joh*, xix. 24. 36, 37.

4. Procurat, & operatur ea in tempore *Prov*, xvi, 33, 2, *Sam*, xii, 12. Ergo decrevit. *Eph*, 1, 11.

Object.

1. *Tollitur libertas*, *Res*, Ea ut per creationē datur, ita per providentiam conservatur.

2. *Tollitur usus precum.* *Res.* Non magis in nobis quam in Christo. *Matt*, xxvi, xlii. Conclusio est, *fiat voluntas tua.*

Controversia, 2.

An Deus unicuique homini certum, & fixum vitæ terminum decreto suo constituerit? Aff, contra Soc. & Rem.

Arg.

1, Numerus mensium, & dierum de-

terminatus est. *Job*, xiv. 5, *Ps*. xxxix. 5. 6, *Act*, xvii. xxvi.

2, Passer non cadit in terram, nec capilli de capite, præter voluntatem, & propositum Dei, *Matth*, x, xxix. 30. Ergo multo minus homo. *Ps*, 90. 3.

3. Deus omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ: *Act*, xv, 18: *Eph*, i, 11. Ergo & cũ homini vitã aufert. *Ps*, civ, 29.

4, Nesciret Deus quando pios in cœlũ evecturus esset, & impios morte plecteret, nisi certum vitæ terminum constituisset.

Object.

1, *Vita longa promittitur*. *Exod*, xx, xii: *Res*, Longa; sed non longior constituto termino.

2, *Non implent dimidium dierum*. *Ps*. 55. 23, i, e, non moriuntur vitæ saturi. De proditore Juda, & similibus Christi hostibus agitur.

3. *Quindecim anni Hiskiæ additi*, *Jes*. 38. 1, 5, *Res*, Annis, quos tunc habebat: non constituto termino.

4, *Cur moreretis ante tempus*, *Eccl*, 7, 17, *Res* Non ante tempus à Deo definitũ, sed quod alioqui natura ejus postularet, qui intemperantia sua morbos & mortẽ sibi accersit.

5, *Tollitur mediorum usus*. Res, Nequam-

quaquam. Deus enim mandavit media, & fidem nulli concedit absque usu mediorum. *Heb. xi, 6.*

Caput. VI.

DE PRÆDESTINATIONE.

§ I. HActenus de decretis in genere, sequitur de prædestinatione.

§ II. *Prædestinatio* est decretum triunius Dei de supremo creaturarum rationalium fine, seu statu, & mediis ad illum finem necessariis Rom, 8, *xxix.*

§ III. Et quanquam actus non nisi unus, consideratur tamen in eo. 1, Personarum selectio, 2. Destinatio ad finem, 3. Ad media, 1 *Thess.* v, 9.

§ IV. Finis supremus non nisi gloria Dei est, hinc demonstrandi misericordiam, illinc justitiam. *Rom.* ix, *xxii. xxiii.* Media autem, creatio, lapsus permissio, dato quorundam mediatori, &c. *Rom.* xi: 7: 32.

Sect. V. Et quanquam in æternitate Dei nihil prius, nihil posterius sit, ad naturam tamen, & ordinem rerum attendentes, distinguimus, *intentionem finis*, ut quid præce-

cedens, *à decreto de executione*, quod sequitur. Rom, ix, xxii, xxiii.

Sect, VI, Unde regula nata est, *quod est primum in intentione, id ultimum est in executione, & vice versa.* Quod locum habet *in fine*, collato cum omnibus mediis *conjunctim* sumptis, non in *una mediorum cum aliis collato.* Uti, quia peccatum in executione creationem sequitur, necesse non est ut ante eam intenta sit.

Sect, VII. Cum intentio finis primus Dei actus statuatur, non potest ei aliud objectum dari, quam creatura possibilis. Sed respiciendo decretum de executione, recte Deus dicitur non decrevisse illum finem, nisi creato, & lapso conferre.

Sect, VIII. *Prædestinatione* quæ circa angelos versatur prætermissa, de qua. 1 *Tim*: 5, 21. *Judæ.* ℣. 6. eam quæ circa homines versatur in electionem & reprobationem dispescimus.

Sect. IX. Electio non est *actus misericordiæ*, sed destinatio quorundam ad demonstrandam misericordiam; nec reprobatio *actus Justitiæ*, sed destinatio quorundam ad justitiam. Quod dominus facit pro imperio, & *potestate.* Rom, ix, 22.

Sect, X.

§ X, Attributa hujus prædestinationis statuimus quinque, 1, Quod versetur circa aliquos homines singulares: 2. Quod sit æterna. 3, Quod causam nullam habeat, nisi beneplacitum Dei, 4. Quod sit ad finem & media, 5, Immutabilis.

Controv, 1, de attributto, 1.

An detur prædestinatio singularium hominum; & quorundam electio, aliorum reprobatio? Aff, c, *Socin*, & *Rem.*

Arg,

1, Quorundam nomina libro vitæ inscripta sunt. *Luc*, x, 20 *Phil*, iv, 3, Quorundam non. *Apoc*, xvij, 8, Qui scripti ad judicium *Jud*, ℣. 4.

2, Multi vocati, sed pauci electi *Matth*, xx, 16, Deo noti 2. *Tim*, 2, 19, Christo dati, *Joh*, xvij. 9.

3, Recensentur singulares: Jacob & Esau *Rom*, 9, xi. Pharao ℣. 17 Judas: *Joh*. xiij. 18, Paulus: *Act*, 9. 15.

4. *Singularium* reservatio est secundum electionem, ut erat tempore Eliæ. *Rom.* xi; 4: 5: 7.

Objectiones.

1: *Christus Paratus est omnium misereri; Qui se convertunt; illi autem electi.*

2. *Iniquum est de operibus hominum sententiam ferre, antequam facta sunt.* Res, Sententia demum in judicio fertur *Heb*,9.27.

Controv, 2, de attributo, 1.

An ergo prædestinatio non sit decretum generale (salvabo credentes, damnabo incredulos) *sine ulla singularium determinatione? Neg, c, eosdem.*

Arg.

1. Quia tali decreto nemo saluti destinatur; nec quidquam de quoquam statuitur, adeo ex hoc decreto nihil futurum sit; omnia manent possibilia.

2, Decretum Dei est etiam πρόγνωσις *Prænotio*; *Act*, 2; xxiii. *Rom*, 8, xxviv. Ex hoc decreto autem nulla prænotio nosci potest.

3. Ex hoc decreto neque infantes, neque gentiles judicari possunt, neque Adamus potuisset, si non peccasset.

4. Ex hoc decreto nemo datur Christo, adeoque stante hac electione omnes perire potuissent, & Christus frustra venisset.

Object.

Si credideris salvaberis, Res, Regula Evangelii est, non forma decreti.

Controversia de attributo, 2;

An

Controversia de attributo, 2.

An *Electio & reprobatio decreta Dei æterna sint? Aff. c. eosdem.*

Arg.

1, Ita describuntur in verbo Dei, quod sint decretum æternum. *Eph*, 3. xi. Ante mundi fundamenta. *Eph*, 1, 4. Tempora seculi, *1. Tim*, 1,9. Jam olim. *Juda*, ṽ. 4. Ante hominis fidem. *Joh*, x, 16, & vitã *Rom*, ix. xi.

2, Omne Dei decretum est æternum, *Eph*, 1, *xi*.

Object.

1, *Quomodo Deus reprobos ad pietatem hortari posset? Res*, Tanquam bonum opus, & officium uniuscujusque.

2, *Licet, agerent quod est officii illorum non tamen salvare possent*, *Res*, Possent: nam *quisquis crediderit, & baptizatus fuerit, salvabitur*. *Mar*: *xvi*: 16.

Controversia, 1, de attributo, 3,

An *Christus sit causa meritoria electionis nostræ?* N. c. Rom. *Pont*: *Luth*.

Arg.

1, Christus pro electis destinatus & datus est, non pro eligendis: Ergo: *Joh* 3, 16 & 17, 6.

2, Ideoque Christus, ex decreto Dei, medium in executione est, non causa intentionis: *Eph*, 1, 5, 1 *Thess*: 5: 9. 3, E.

3. Electio libera est: quæ causam nullam habet. Rom. ix. xvi. xviii.

4. Tum penes Christum: qua mediatorem, esset, ordinare alicui regnum cœlorum: contra Matth: xx. 23

5: Christus mereri non potuit: quod ei promitti non potuit: electio autem, utpote decretum æternum: promitti non potest.

Objectiones.

1; *Elegit nos in Christo*; *Eph*; *i*; *iii*; Resp; i, e; Salvandos per Christum.

2; *Christus reconciliavit nos Deo*: Resp, In tempore; cum nos Deo amicos fecit:

3; *Ergo Christus propter nos Electus*. Resp. Uti venit propter nos i; e; ut nos salvos faceret: *1 Thess*; v; 9.

Controversia; 2: de attributo; 3:

A*n peccatum sit causa meritoria; vel impulsiva reprobationis; quatenus decretum Dei est?* N; *e*; Rem; *&c*. Arg

1, Reprobatio est actio liberæ potestatis, *indurat quem vult; facit vas ad decus vel ad dedecus; ut vult*; Rom; 9; *xviii*; *xxi*:

2; Nihil boni, nihil mali in illis consideratum fuit; Rom; ix; xi:

3; Tum nullus locus fuisset illi objectioni; *ergo Deus est injustus*; nec bene responsū esset;

esset, *facit hoc pro potestate*, Rom, 9, xix,

4, Nec dici deberet; *non creditis, quia non estis electi*; sed *non estis electi, quia non creditis.* contra Joh. x; xxvi,

5; Nullum Dei decretum admittit causam extra Deum,

Object,

1; *Deus damnat propter peccatum, ergo etiam decrevit damnare propter peccatum*: Resp; i; e; decrevit damnationem futuram ob peccatum: Non ideo tamen peccatum vel istius decreti, quod est de mediis; causa fit, nedum ejus quod de fine est.

2. *Deus non odit nisi peccatorem*; Resp; Si *odisse* est destinare ad demonstrationem justitiæ; contradicitur Paulo; Rom; ix; 11; 13. Sed si *odisse* est detestari, punire; conceditur.

3; *Reprobatio pœna est*; Resp: Non; sed decretum æternum;

Controversia; 3; de attributo 3;

An Deus hunc & illum elegerit ob prævisam fidem & perseverantiam in pietate; illum reprobarit ob prævisam incredulitatem & perseverantiam in ea Neg: Con; Eosdem.

Arg.

1, Non est volentis, neque currentis! *Rom:*

Rom, *ix*. 16. Non ex operibus, c, xj, 5.

2, Est ex mero Dei beneplacito. *Matth*, xi, xxvi, *Eph*, 1, 5.

3 Est actio Dei libera; *misenetur cujus vult*; Rom, 9, 18, 21. At liberum non est perseverantem in pietate rejicere.

4, Est ante fidem, Rom, ix, 11, Ad fidem, *Eph*; j. 4.

5, Est ex massa simili, *Rom*. 9. 11. 21.

Objectiones.

1. *Elegit nos in Christo*. Resp. Non existentes in Christo, sed salvandos per Christum.

2, *Heb* 11, 6. *Sine fide impossibile est Deo placere*: Resp, i, e. quidquam efficere, quod Deo placet.

3. *Pater vos amat: quia me amastis*. Joh. xvi. 27. Resp; Amor hic amicitiæ; qualis inter amicos; non benevolentiæ æternæ est.

4. *Salvat per fidem, ergo per eam salvare decrevit*. Decrevit ut ille ordo esset; ut homo per fidem salvaretur.

Controv; 4; de attribut; 3.

An ergo primum decretum Dei circa hominem possibilem sit de demonstranda in his misericordia, in aliis justitia? Aff; c; *eosdem*.

Arg;

Arg:

1. Est decretum de fine, hoc autem omnium primum est.

2. Est ultimum in executione; ergo primum in intentione.

3. Vel eũ in finem hominem creavit, vel nullũ in finẽ æternũ, vel sententiã mutavit.

4. Creatum in finem. *Jes:* xliii; xxi, *ad id ipsum excitavit;* Rom; ix. xvii, facit *vas ad decus* v, 21: *omnio* facit *propter se Prov*; 16, 4.

Object.

1, *Ergo homines creantur ad interitum*, Res; Non, sed ad demonstrationem justitiæ, Creatio, & damnatio media sunt, illud autem in mediis locum non habet, *quod est ultimum in executione, est primum in intentione.*

2, *Homo possibilis est non ens*, Res. Ergo nullum decretum de fine circa possibilẽ versari potuisset; sed Deus primo creationem, postea finem decernere debuisset: Vel, si ullum potuit, cur non etiam hoc?

3, *Quomodo vasa miserecordiæ,. & iræ dici possent?* Res, Non aliter quam quia ad misericordiam & iram destinata suntRom, 9, 22,

4, *Eliguntur salvandi per Christum; ergo ut miseri*, Res, Hoc ad media pertinet, & intentione finis posterius est; *electi* enĩ Christo Mediatori dantur salvandi.

5, *Eli-*

5, *Eliguntur ex mundo*, Ref, cum actu segregantur.

Controversia de attributo, 4.

An *Deus etiam decreverit quibusdam hominibus gratiam conversionis, & fidem dare; aliis non dare? Aff. contra Rem*, Soc.

Arg,

1, Deus quosdam elegit ad sanctitatem; decrevit ergo eos sanctos facere, *Eph*, *i*, 4 & *ii*, x, 2 *Thess*; ij; *xiii*, i *Pet*; i; ii:

2; Rom, ix; xvi xviii; *Non est volentis neq; currentis, sed miserentis*; *Dei indurat quē vult*; Decrevit ergo hujus misereri, illū indurare:

3; Quidam electi ut fructus faciant; *Joh*; xv; xvi; Alii ad hoc positi, ut impingant; i *Pet*; ii; 8; *Judæ*; iv.

4; Cum gratiam alii habeant à *Deo*, alii non; necesse est aliis dare, aliis non dare decreverit; i *Cor*; iv; 7; *Act*; xi; xviii,

Object;

1; *Omnibus fidem mandat*; Ref; Exponit tantū quid nostri sit officii ut salvemur;

2; *Ergo non serio agit cum reprobis*; Ref; Nec; *serio*; nec *non serio* exponit quid de iis decreverit; sed quid officii ipsorum sit.

Controversia de attributo; 5;

An prædestinatio immutabilis sit; ut electus

non

non poßit fieri reprobus: & vice versa? Aff. *contra*; Rem. Arg.

1; Firmitas; & immutabilitas expresse prædestinationi tribuitur; *Heb*; 6; 17. 2; *Tim*; 2 19.

2; Tanta est malitia Satanæ; ut perderet omnes electos; nisi id impossibile esset *Matth*; *xxiv*; 24.

3; Non potest quidquam contingere præter decretum: & præscientiam *Dei*; *Eph.* i. xi. Ergo illi, quorum nomina libro vitæ inscripta sunt: perire nequeunt; *Luc*, x, 20.

Object.

1; *Ne fiam reprobus* 1 *Cor*. ix, 27, *Res*, Ne homines me improbent, & tanquam dissolutæ vitæ vituperent.

2, *Electionem firmam facere debemus*. 2 *Pet*; 1, 10, *Res*, i. e, nos illius certos facere.

3, *Exod*, xxxij. 33, *Delebo e libro Res*; i, e, vita privabo, 2, Sermo est hypotheticus, ex quo non nisi nexus subjecti cum prædicato colligi potest, Ut *si mentirer vobis similis essem* Joh: 8, 55.

4. *Deus potest eos iterum inserere*. *Rom*; xj; *xxiii*. *Res*: Non reprobatos; sed gentem Judæorum. in qua electos suos habet.

Cur 5. *Laborabimus ut pii simus*, *Res*, Quia me-

medium ad salutem necessarium est.

§ XI. Inter media reprobationis nec subordinationem nec coordinationem statuere opus est. Sufficit dicere: Deus finem hoc ordine exequi decrevit, *primum creare hominem, tum lapsum permittere, in lapsu relinquere, tandem ob peccatum damnare.*

Caput VII.

DE CREATIONE.

§ I. HActenus de actionibus Dei æternis est Actum, sequitur ut agamus de iis, quæ in tempore fiunt. & illæ vel ad *naturam* pertinent, ut creatio & gubernatio, Vel ad *gratiam*. ut missio Christi, redemptio, justificatio, &c.

§. II. Creatio est productio rei ex nihilo *Rom.* iv, 17, *Heb.* 11, 3, Vel ex materia inepta, & diversæ naturæ. *Gen*, j. *xxvii*, solo creantis imperio facta. *Gen.* 1,3.

Controversia,

An Deus solus possit creare, creatura vero nec creavint, nec creare possint? Aff. contra Socin, & Pontiff, quosdam.

Arg

Arg;

1; Deus id sibi soli vindicat; *Job* ix 8; *Jes* xliv; xxiv *Jer* x, xi. xii;

2. Est opus omnipotentiæ *Jes*, xl, 26, *Rom* 1, 20.

3, Creatura cœlos nec facere, nec regere potest. *Job*, xxxviii, 31-----Nec staturam augere. *Matth*, 6, 27.

4, Nulla creatura imperium habere potest in ea, quæ non sunt: nec iis imperare ut veniant, Object.

1, Omnia per Christum facta, Joh, j. 3. *Res, Per*, nont notat instrumentalem causam, sed principalem. ut, *Rom*, xi. 36.

§ III, Deus creavit universa in, seu cum principio, temporis. *Gen*, 1.1.

Controversia.

An mundus non potuerit esse ab aterno? Neg; *contra Pontiff.* quosdam.

Arg.

1. Deus omnia creat secunedum consilium voluntatis suæ. *Eph*: i xi *Apoc* iv, xi Necesse ergo est ut creatura consilio ejus posterior sit. & statuto tempore creetur

2, Omne quod creatur principium essentiæ habet, ergo & durationis. Quoniam duratio naturam essentiæ sequitur, dura-

duratio autem sine principio creari nequit.

3. Omne quod creatur durationem successivam habet; quoniam totam vitæ simul possessionem habere solius Dei est. Successivum vero ab æterno esse non potest; nam ubi non fuit primum, ibi nequit esse secundum, tertium, &c.

4. Si quid ab æterno creari posset, posset & idem ab æterno in nihilum redigi. Omni enim momento existentiæ, quod primum non est, creatura in nihilū redigi potest: fuisset ergo ab æterno, & non fuisset.

Object.

1. *Deus ab æterno habuit potentiam creandi.*
℞. Potentiam habuit creandi in, & cum tempore.

2. *Decreta æterna, & libera facere potuit.*
℞. Decreta non sunt entia creata, quæ extra Deum existunt.

§ IV. Deus de nihilo, seu nulla plane materia universum hoc creavit, *Gen*: 1. 1

Controversia.

An Deus mundum hunc creavit ex nihilo, seu nulla præexistente materia; an vero ex materia aliqua invisibili, & æterna? Neg: poster: aff: prius contra Socin:

Arg.

1. Deus omnia creavit, quæ videntur, & quæ non videntur, *Eph*: 3. 9. *Col*: 1. 16. *Apoc*: 4. 11. *Rom*: 11. 36. Nulla ergo materia non creata.

2. Deus dicitur extitisse antequam principia pulveris hujus orbis faceret, *Prov*: 8. 26 *Psal*: 90. 2. Tunc ergo nihil erat.

3. Quæ facta sunt, non sunt facta ex apparentibus. seu ex illis rebus, quas jam existere apparet: ergo ex nihilo, *Heb* 11. 3. *Rom*: 4. 17.

4. Sex diebus creavit Deus coelum, & terram, Maria, & omnia in illis, *Exod*: 20. 11 *Gen*: 2. 1. Nihil ergo quod non creavit; & si omnia creavit, necesse est eum ex nihilo creasse.

5. Nihil est. nec esse potest, non creatum, præter Deum.

Object.

1. *Gen*. 49. 26. *Colles æterni*. Resp. גבעות עולם sunt colles, qui à seculo fuerunt, & in multa secula erunt: non tamen æterni, *Psal*: 90. 2.

2. *Terra informis*, Gen: 1. 2. *Est æternum illud Chaos*. *Resp*: Diserte illa omnia creata esse dicuntur.

V. In creationis opere quæri solet, quo die angeli sint creati? Resp. Illud non opus est definiamus, videntur tamen creati primo die, *Job*: 38. 6, 7.

Controversia.

An angeli diu ante mundum conditum extiterint, & creati sint? Neg: contra, Soc: & Arm:

Arg.

1. Deus sex diebus creavit omnia; ergo & angelos, *Exod*: 20. 11. *Gen*: 2. 1.

2. Ante illos dies fuisse, & ab æterno esse in Scr: S: æquivalent, *Ps*: 90. 2. *Prov*: 8. 34. *Joh*: 17. 5.

3. Exercitus coeli tunc creati sunt, *Gen*: 1. 1. & 2. 1, *Coll*: 1. 16, Illi autem sunt angeli, 1 *Reg*: 22. 19.

Object.

1. *Moses creationem angelorum prætermisit.* R. nomine exercitũ coeli comprehendit.

2. *Non potuissent tam cito labi* R. Æque ac homo.

§ VI. Angeli sunt substantiæ spirituales, creatæ, completæ, intellectu, voluntate, & potestate præditæ.

§ VII. Angelos, præsertim malos personas esse, non terrores conscientiæ, ex eo apparet, 1, Quia illis singularis astutia perver-

sitas, & perfidia adscribitur, *Eph:* 6. 11, 12
2 *Cor:* 2. 10, 11, (2.) Quia homines ten-
tant, *Gen:* 3. 13. Imo Christum, *Matth:*
4. 1, occidunt, *Joh:* 8. 44. Omnibus insi-
diantur, 1 *Pet:* 5. 8. (3) Quia ipsi Deum
horrent, *Jer:* 2. 19. A quo in æternum
punientur, *Matth:* 25. 41.

Sect: VIII. Angelorum cognitio est triplex.
1. Naturalis, quam Deus creavit in, & cum
ipsis, 2 *Sam:* 14. 20. (2) Revelata, 1 *Pet:* 1.
12. (3) Experimentalis, 1 *Cor:* 4. 9 *Luc:* 15. 10

Controversia.

An Angeli cogitationes nostras, & statum cordis hominum norint? Neg: contra Pontif:

Arg.

1. Deus solus novit corda hominum, 1 *Reg:* 8. 39. *Jer:* 17. 10. *Apoc:* 2. 23.

2. Præter Deum nemo scit, quod in homine est, nisi spiritus, qui in ipso est, 1 *Cor.* 2. 11.

Object.

1. *Angeli ipsorum vident faciem Dei, Mat.* 18. 10. Resp. Parati sunt ad serviendum Deo in salutem fidelium, confer. 1 *Reg:* 10. 8.

2, *Lætantur Angeli videntes conversionem hominis, Luc:* 15. 10. R. Cum ipsis aliunde innotescit.

§ *IX*, Omnia hoc modo creata sunt, 1, verbo

verbo Dei. 2. momento. 3. bona. 4. finita. 5, sex diebus. coelum, terram, lucem. 2. expansum. 3, herbas. 4, astra. 5, pisces & aves. 6, bestias agri, & hominem.

Sect: X Duo sunt Angelorum genera: alii boni; quibus Deus utitur ad ministerium salvandorum, *Heb*: 1. 14, Alii mali; qui propria sua culpa à Deo desciverunt, & statu suo exciderunt, *Joh*: 8, 44.

Controversia, 1.

An quilibet homo habeat singularem suum Angelum tutelarem: vel etiam alterum bonum, alterum malum? Neg: contra Pontif:

Arg.

1, Id nusquam in Scr:S: legitur; sed Angeli in genere filiis Dei inservire dicuntur, *Psal*: 34. 8, *Heb*: 1. 14.

2, Multo minus prophanis, & impiis (à quibus Deus longe abest, *Prov*: 15, 29) Angelus bonus ad mortē usq; adesse legitur.

Object.

1, *Act*: 12. 15, *Dicebant, est Angelus ejus*, R. stulte sibi imaginabantur esse spectrum, ut, *Luc*: 24. 37.

Controversia 2.

An dentur novem ordines Angelorum, Seraphim Cherubim, Throni; Dominationes, Virtutes,

potestates; principatus, archangeli, angeli? *Neg: c, Pontif.*

Arg.

1, S. Scriptura de iis verbū nullum facit; imo talia investigare prohibet, *Col:* 2. 28.

Object:

1. *Col:* 1. 16. *Throni, principatus.* Resp: Diversa possunt esse angelorum encomia: ut sunt, sancti, electi, beati.

2. 1 *Thess:* 4. 16. *Cum tuba Archangeli.* Resp: Is Christus est, *Apoc:* 12. 7.

§ XI. Inter malos angelos aliquis ordo statuendus est; quoniam verbum Dei meminit principis diabolorum, qui forte malitia, & potentia reliquos praecellit, *Matth.* 12. 24.

§ XII, In coelo maximâ admiratione digna sunt: Sol, Luna, Stellae, eorumque substantia, stellarum numerus, motus, & virtutes illuminandi, calefaciendi, & fructuosum faciendi.

Controversia.

An sol, & luna in caelo moveantur, & in orbem circumagantur; terra vero quiescat? Aff. c. Philosophos quosdam.

Arg:

1, Sol dicitur in coelo moveri, oriri, & oc-

occidere, *Psal*: 19.6, 7, & 104. 19, 22. *Eccl*: 1. 5, 6.

2. Dicitur miraculo quievisse in habitatione sua, *Jos*: 20. 12, 13, 14. *Hab*: 3. 11, *Job*. 9. 7. Et retrocessisse, *Jes*. 38, 8.

3. Terra dicitur immota stare, *Ps*: 93, 1. & 96 10. 104. 5. 119 90.

4. Nec aves, quæ per horam sæpe in gyrum volitant, ad nidos suos redire possent. Interea enim mota esset terra 450 milliaria nostra.

5. Quidquid volitat, & pendet in aere, ab occasu ad orientem moveri videretur; quod falsum esse cognoscitur ex avibus, emissis sagittis, atomis splendente sole, & pappis in aere volitantibus.

Exceptiones.

1. *Scriptura loquitur secundum apparentiam, i. e. ut videtur esse*. Resp. Et ut videtur, & ut revera est. *Matth*: 5, 18.

2. *Aves, aer, & omnia cum terra moventur*. Resp: Figmenta sunt. Aer est corpus fluidum. 2. Qua vi tunc aves ab oriente ad occidentem moveri possent?

§ XIII. Homo consistit corpore terreno, & anima spirituali, *Gen*: 2, 7.

Object: 1. *Thess*: 5, 23, *Additur spiritus*.

 Resp:

Resp: Spiritus mentem, seu intellectum significat, anima voluntatem.

Controversia.

An anima à parentibus generetur; an vero à Deo solo creetur? Neg: prius, aff: poster: contra Luther.

Arg.

1. Adami, & Evæ animæ ex terra factæ non sunt, sed creatæ, *Gen:* 2. 7.

2. Deo soli tribuitur quod animam faciat. *Eccl:* 12. 7. *Jes:* 57, 16. *Zach:* 12. 1. *Heb:* 12, 9. Nusquam vero homini.

3. Quod generatur corruptioni obnoxium est, & pereunte corpore perit, 1 *Cor:* 15. 42, 53. *Matth,* 10. 28.

4. Parentum animæ dividerentur, & ex partibus alia conflaretur; quod falsum.

Object.

1. *Gen:* 46. 26. *Animæ e lumbis Jacobi egressæ.* Resp: i. e. homines: ut v, 22. (2) נפש etiam de cadavere dicitur, *Lev:* 19. 28.

2. *Quomodo homo generat hominem, si non animam.* Resp: ut occidit hominem, quamvis non animam.

3. *Vel puram creat, vel impuram.* Resp: Animam creat; puritatem in homine non creat.

§ XIV.

§ XIV. Homo creatus est ad imaginem Dei, sapiens, sanctus, immortalis, beatus, &c

Controversia.

An homo revera cum qualitatibus illis sapientia, justitia, & immortalitate creatus sit? aff: contra Socin:

Arg.

1. Homo creatus est ad imaginem Dei, *Gen:* 1. 26. Quo sermone semper virtutes morales proponuntur, *Gen:* 5. 1. 1 *Cor:* 15. 49. 2 *Cor:* 3. 18.

2. Eva in ipsa tentatione Satanæ ostendit cognitionem Dei, legis, status sui, & Sanctitatem suam, *Gen:* 3. 2, 3.

3. Deus hominem valde bonum, & justum fecit, *Gen:* 1. 31. *Eccl:* 7. 29. Bonitas autem moralis homini maxime necessaria, *Heb:* 12. 14.

4. Homo peccando illa amisit; antea ergo habuit, *Rom:* 3. 23. & 5. 19. Et in regeneratione recipit, *Coll:* 3. 10. *Eph:* 4. 24.

Object.

1. *Justitia comparatur per crebros actus*, R. non ea, quæ infunditur, *Luc:* 1. 35.

2. *Labi non potuisset.* R. Mutabilis erat, ut Angeli. *John* 8. 44.

3. *Etiam post lapsum dicitur ad imaginem Dei creatus, Gen: 9. 6. Jac: 3. 9.* ℞. Ratione primi status in Adamo, & restitutionis in Christo.

4. *Ignorabant se nudos.* ℞. Turpiter nudos, qui animam & corpus commaculaverant.

Sect. XV. Immortalia dicuntur, 1. Ex se: ut Deus. 2. In se, ut angeli & anima, 3. Dei beneficio: ut homo in Paradiso, sed mutabiliter. 4. Immutabiliter, in coelo.

Controversia.

An homo ante lapsum vere immortalis fuerit, ita ut nec moriturus fuisset, nec mori potuisset, nisi peccasset? Aff: c. Soc.

Arg.

1. Mors est misera, *Rom.* 7, 24. *hostis* 1 *Cor.* 15, 26. miseria autem illic esse non potest.

2. Deus soli peccato poenam mortis statuerat, *Gen.* 11, 17. Mors ergo sine peccato infligi non poterat.

3. Diabolus, *homicida*, est auctor mortis, *Joh.* 8. 44. At is nihil mali nisi per peccatum inferre potest.

4. Vis mortis peccatum est 1 *Cor:* 15, 56 *Job:* 24. 19. Ubi ergo peccatum non est, mors dominari non potest, *Rom.* 5, 12. & 6, 23.

Ob-

Object.

1, *Pulvis erat.* ℞. Ita & in cœlo erit pulvis, ratione originis carnis, non ratione fragilitatis.

2, *Cibo utebatur,* ℞, Ut medio à Deo præscripto, & instituto.

3, *Liberis operam dedisset.* Gen: 1, 28. ℞ Sic Deus voluerat, ad implendum mundum. Instant. *Immortales non contrahunt matrimonium,* Luc. 20. 35, 36. ℞ immortales eo modo.

Sect: XVI. In his rebus statuunt Theologi imaginem Dei in homine: *Antecedenter,* in natura spirituali: *Formaliter,* in sanctitate: *consequenter,* in dominio. Sed primum, & ultimum etiam in diabolis & damnatis quodammodo reperitur: quare dicendum potius, hominem in iis Deo quodammodo similem esse, sed *imaginem* ejus sanctitate sua referre.

Sect: XVII, Hæc imago homini naturalis dici potest; non quasi naturæ pars essentialis esset. Sed. 1, Quia cum natura creabatur. 2, Quæ ei contraria non erat. 3, Ad finem creati hominis erat necessaria. 4, Cum natura fuisset propaganda, ut nunc reliquiæ.

Con-

Controversia.

An sanctitas illa homini supernaturalis fuerit, quasi frenum, quo naturales cupiditates ad malû, coercerentur? *Neg: contra Pontif:*

Arg.

1, Deus hominem valde bonum fecit: ergo non cum desiderio mali, *Gen:* 1, 31. *Eccl:* 7. 29.

2, Concupiscentia mala non est à Deo, 1 *Joh:* 2. 16.

Object.

1, *Homo pulvis erat.* Resp. Sic etiam Christus: in quo tamen amor mali, aut appetitus spiritui repugnans non fuit; ut nec in Adamo.

2. *Quomodo alioqui caro spiritui rebellare potuisset?* ℞ Caro i, e. corrupta natura in illis nulla fuit: spiritui ergo non rebellavit: sed homo deceptus est.

3. *Naturalia per lapsum amissa sunt: justitia est amissa.* ℞. Naturalia, quæ essentiam hominis constituunt non sunt amissa; sed quæ rectitudinem moralem.

Controversia.

An homo ante lapsum easdem vires habuerit, quibus hodie regeniti credunt in Christum? Aff: contra Remon.

Arg.

Arg.

1. Homo erat sapiens, sanctus, sine ulla labe, & defectu; plura autem non requiruntur ut quis possit credere.

2. Qui hodie regenerantur, necdum tantum recipiunt, quantum habuit Adam.

3. Dona sanctitatis, quæ hodie recipiunt qui regenerantur, in Adamo perdiderunt, *Eph:* 4. 24, Habuit ergo Adam.

Objectiones.

1, *Potentia illa frustra fuisset.* R, Nequaquam: quia eâdem illâ potentiâ credebat, & adhærebat Deo.

2, *Evangelium illi non poterat revelari.* R, Ita nec Messiam videre, nec audire poterat. Aures tamen, & oculi ad hoc satis apti erant.

Caput, *VI.*

DE PROVIDENTIA DEI.

§ I. **N**Omine providentiæ divinæ intelligitur administratio mundi qua Deus mundum, & omnia in illo Observat, Conservat, Operatur, Regit, *Heb:* 1. 3. & 4, 13. *Act:* 17. 25, 28.

§ II.

§II. Norma totius providentiæ sunt decreta. Omnia curat, ut omnia perveniant ad decretos fines, *Eph.* 1, 11.

Sect. III. Necesse ergo est hæc Dei providentia versetur circa omnia. 1. Circa cœlum, *Jes.* 40. 12, 26, (2) Angelos, *Heb.* 1. 14, (3) Homines, 1 *Tim.* 4. 10, (4) Bestias, *Psal.* 104. 27. (5) Herbas, *Matth.* 6. 28, (6) Contingentia, *Prov.* 16. 33.

Sect. IV. Qua fit, ut nulla creatura fiat independens, nec Deus dependens, contra, *Rom.* 11, 36.

Sect. V. Deus circa creaturas providentia sua hæc agit. 1. Conservat eas in natura, vita, & virtute, *Nehem.* 9. 6. (2) Statuit illis leges, & naturæ ordinem, *Jer.* 33. 20, (3) *D*eterminat illis loca, tempora, ortus, & interitus, *Act.* 17. 26. (4) Dat scientiam, & conatum, suum rerum ordinem observandi, *Jer.* 8. 7. (5) Bona omnia in illis operatur, *Rom.* 11, 36. (6) *Dirigit* in suos fines, *Prov.* 21, 1.

Sect. VI. Quæ actiones, ut omnes Dei, necessario esse debent, omnipotentes, sanctæ, sapientes, independentes, *&c.*

Controversia.

An Deus providentiâ suâ minima quæque regat
Aff. Sept. Soc. *Remon.* Neg.

Arg.

1. Ex avibus, *Matth.* 6. 22. 26. Liliis. ℣ 28. Capillis, *Matth.* 10. 29. 30. Bobus, 1 *Cor.* 9. 9. Nive, *Psal.* 147. 15.

2. Omnia operari dicitur, *Rom.* 11. 36. *Eph.* 1. 11.

3. Nisi regeret omnia nec prævidere, nec prædicere posset. Contra, *Rom.* 15. 18, *Jes.* 46. 10.

Object.

Id nimis vile est Deo. ℟. Non magis, quam minima quæque creare.

Sect. VII, Hæc Dei providentia dividitur in *realem*; qua creaturas influxu potentiæ suæ gubernat, *Jes.* 45. 7. In *moralem*; qua creaturas intellectu præditas gubernat legibus, *Mich.* 6. 8. Et *permissivam*, qua malum peccati permittit, *Act.* 14. 16.

Controversia, 1.

An Deus efficiat, & determinat ea, quæ casu & fortuito eveniunt? *Aff.* contra *Socin. Rem. & Pontif.*

Arg.

1. *Deus* ea se determinare dicit, *Exod.* 21. 10. *Prov.* 16. 33, *Amos* 3, 6. *Job.* 39. 31. *Matth.* 13, 29.

2. Nisi ea determinaret curas nostras in Deum

Deum devolvere non possemus; nec in iis ei confidere, contra, *Psal.* 4. 9. 37. 5. *Jac.* 4. 15.

3. Nisi ea determinaret, non opus esset Deum precari, ut omnia feliciter eveniant, & gratias illi agere pro felici eventu. contra *Nehem:* 1. 11. 2. *Sam.* 3. 9. *Psal.* 65. 10. *Jer.* 5. 24.

4. Omnia in mundo incerta essent Deo, & hominibus.

Object.

1. *Nihil ergo casu fit,* R. Casus in causis secundis tantum locum habet.

2. *Tum prudentia laudari non meretur, nec imprudentia reprehendi.* R. Non quasi causa prima; sed ut virtus, aut vitium causæ secundæ.

Controversia. 2.

An Deus etiam determinet ea, quæ creaturæ libere faciunt? Aff: c. *easdem.*

Arg.

1. Voluntates dirigit quo vult, *Prov.* 21. 1. *Ps.* 33. 14. *Act.* 17. 28, 1 *Sam,* 10. 26.

2. Sancti orant ut Deus flectat voluntatem eorum, & bonum in illis efficiat. *Psal.* 86. 11. & 119. 36. *Thren:* 5. 21. *Heb.* 13. 21. 1 *Reg.* 8. 58.

3. Pro-

3, *Promittit se corda flexurum ad bonum, Jer*, 32, 39. 40. *Ezech*, 34, 26, 27. Et gloria omnis pietatis ei datur, *Philip*, 2, 13.

Object.

1, *Prov*, 16, 1, *Homo regit cor suum*, *Resp:* Ut causa secunda.

2, *Causa libera est, quæ, positis omnibus ad agendum requisitis, potest agere, & non agere*, *Resp*. Neg: sed quæ agit, quod lubet.

3, *Quomodo ergo agit libere*. *Resp*: Non ut causa prima, sed ut secunda à Deo dependens.

4, *Hoc est fatum introducere*. *Resp*. Non Stoicum Deum ligans: sed *Christianum*, creaturam Deo subjiciens.

5, *Ad quid ergo adhortationes, & minæ*. *Resp*, Media sunt, quibus Deus utitur ad excitandam voluntatem creaturarum rationalium, ut agant cum ratione.

Controversia, 3.

An Deus ergo fine suo excidere non possit? N. c. Rem.

Arg.

1. Nulla ejus cogitatio rescindi potest, Job, 42, 2.

2, Miserum est fine, & spe excidere Job. 8,

8. 13. *Thren*: 3, 18. Deus autem beatus.

3. Nemo fortior est Deo, nemo sapientior, 1 *Cor*. 10, 22. Nemo ergo Deum frustrari potest.

4. Omnia operatur ad consilium voluntatis. *Eph*. 1. 11. *Act*. 15. 18. Nunquam ergo fine excidit.

Object.

1. *Rejecerunt consilium Dei*, *Luc*. 7 30. 30 Institutionem baptismi.

2. *Facit aliquid frustra*, Jer. 2, 30. Resp. Ratione officii nostri, non intentionis Dei.

Sect. VIII, Deus operatur per media. 1, Ut media aliquando influant in effecta. *Psal*. 104. 13. (2) Aliquando media supra vires elevat, 1 *Reg*. 19, 5, (3) Aliquando media nihil agunt, sed Deus ad præsentiam mediorum: ut in miraculis, *Act*: 3 12. Unde providentia vulgo dicitur mediata, & immediata: ordinaria, & extraordinaria.

Sect: IX, Miraculum est opus Dei singulare, extra ordinem, & supra vires creaturarum, ad confirmandam veritatem divinam, *Psal*, 22 18, *Marc*, 16 20.

§ X, Homines in miraculis nihil agunt, nisi Deum precari, alios compellare, attingere, vel simile quid; sed virtute sua effectum

mi-

minime producunt, *Act.* 3, 12, *Psal.* 72. 18.

§ XI, Providentia Dei realis, cum morali & permittente semper conjuncta est, quando bonum aliquod opus creaturæ, aut malum reperitur.

§ XII, Deus providentia sua circa malum hæc agit. 1, Disponit, 2 *Sam.* 16. 10. 2, Actum naturalem operatur, *Act.* 17. 28 3, Malitiam permittit, *Act.* 14. 16. 4, Limitat, *Job.* 1, 12. Ad bonum finem dirigit, *Gen.* 50, 20.

Controversia.

An Deus providentia sua ita malum regat, & ordinet, ut eo permittente certo eveniat? Aff. contra Socin. Rem. & Pontif.

Arg.

1. Expressè dicitur id procurare, vocare, facere ut eveniat, *Gen.* 45. 8. 2 *Sam.* 12, 11 & 16. 10, *Act.* 4. 28.

2, Alioqui id prædicere non posset.

3, Et creatura, dum ageret, fieret causa prima, independens.

Object.

1, *Ergo Deus est causa peccati.* ℞ Neg. conseq. causa peccati ea est, quæ à lege deflectit.

2. *Ergo malum punire non potest.* ℞ Potest: quia creatura agit quod vult.

Caput, IX.

DE LEGE, & LAPSU.

§ I. LEx, voce latissime sumpta, est agendi regula.

§ II. Ratione subjectorum, leges aliæ creaturis omnibus datæ; ut *Deo subesse, naturam servare, moveri, & quiescere. Ps.* cxviij. 6. Aliæ quibusdam, scil: Bestiis, Homini, Angelis.

§ III. Lex homini data est regula, quæ illum recte facere jubet, & vetat delinquere. *Mich.* vj. 8.

§ IV. Quædam leges homini datæ sunt, quatenus animal est; ut *vitam alere, sui simile generare. fœtum alere*; quædam quatenus *ratione utitur*; ut, *Deum colere.*

§ V. Quatuor sunt legis actiones. 1. Declarat quid fiere debeat. *Ps.* cxix, 104. (2) Obligat, *Rom*: 7, 1. (3) Excitat. *Ps*: 19, 12. (4) Judicat. *Joh*: 7, 51. Idque absolvendo, vel damnando. *Rom*: 2, 12.

§ VI Tribus modis lex homini data est; cordi inscripta est, ore prolata, scripto comprehensa. Lex cordi inscripta, naturalis dici solet. *Rom*: 2, 14, 15.

Con-

Controversia.

An Adam præter mandatum de non edendo fructu illo, totam quoque legem moralem cordi inscriptam habuerit? Aff. contra Socin,

Arg.

1. Quia sapiens, & Sanctus creatus est: ut ante probatum.

2. Conscientia docuit ipsum, *Deo* esse credendum, & obediendum, mortem fugiendum, *Gen*, 3. 3.

3. Post lapsum lex cordi inscripta mansit, *Rom*: 2. 15. Ergo ante lapsum inscripta fuit.

§ VII. Legem illam homo observare debuit perfectione partium, graduum, & temporis, i. e. totam, viribus inditis, & semper. *Matth*: 22. 37.

§ VIII, Ea lex fit fœdus, quando accedit pactum, & conventio, qua Deus sese obligat, daturum se obedienti tale præmium, *Gal*: 3. 12.

§ IX. Tale fœdus cum Adamo initum est, quo, 1. Ille omnium hominum, excepto Christo, caput constitutus est. 2. Omnium nomine obedientia ipsi mandata. 3. Præmium promissum. 4. Comminatio mortis addita. 5. Eaque omnia ab homine approbata sunt. *Hos*: 6. 7.

X, Mer-

§ X. Merces, non ex dignitate operis, sed ex liberalitate promissa, fuit vita eterna, in coelis beata, *Gal.* 3. 12.

Controversia.

An homo ante lapsum habuerit promissionem vitæ beatæ, & gloriæ cælestis? Aff. c. Soc. & Anab.

Arg.

1. Foedus *Dei, fac hoc, & vives*, non nisi ante lapsum, & in Christo, locum habuit. Hoc autem est, vives in æternū *Gal.* 3. 12, 21.

2. Mors homini denunciata mortem æternam sub dominio diaboli continet, ut colligitur *ex Gen.* 3. 15. 1 *Cor.* 15. 22. Ergo & vita promissa, vitam æternam.

3. Lex tantum per peccatum infirmata est, ut salvare non possit, *Rom.* 8. 3. Antea ergo salvare poterat.

4. Habuit *arborem vitæ*, cujus res significata est vita æterna, *Apoc.* 2. 7.

§ XI. In illo statu homo necdum jus vitæ habuit, sed potestatem acquirendi.

Controversia.

An Deus creaturam innocentem non tantum vita illa privare possit, sed & ad cruciatus æternos gehennæ damnare? N. c. Scholasticos quosdam.

Arg.

Arg.

1, *Omnes viæ Domini misericordia & veritas esse debent iis, qui custodiunt fœdus.* Psal. 25. 10.

2. *Accedens ad Deum credere debet eum premio remunerare obedientem*, non damnare, *Heb.* 11. 6.

3, In creatura innocenti non potest esse conscientia criminis, & justi Dei judicii, quæ pœna sensus est.

4. Ex eo nulla Deo nasci posset gloria, sed potius ignominia tyrannici dominii.

5, Justitia Dei postulat ut sanctum absolvat; damnari autem non patitur eum, qui nihil meritus est. *Psal.* 18. 26, 27. *Gen.* 18. 25. *Psal.* 7. 11.

Object.

1. *Potest innocentem in nihilum redigere.* R. Tunc tantum aufert quod dedit: hic vero existenti injuriam faceret.

2, *Ita egit cum Christo.* R. Ille sponsor noster, qui debita nostra in se receperat.

3, *Deus nobis potest imputare peccatum Adami.* R. Putatur esse nostrum, quod revera nostrum est, ut servorum liberi servi, & civium filii cives sunt, & putantur.

4. *Nobis licet creaturas innocentes occidere.*

Resp.

Rx. Non rationales. 2, Bruta ad usum, 2 *Pet.* 2, 12. (3) Aliud est occidere, aliud viventi summum malum pro voluptate dare.

§ XII. Legem hanc homo hoc modo transgressus est, *Legem moralem* incredulitate, superbia, & contemptu, 2. Legem *sacramentalem* esu vetiti fructus.

§ XIII. Hujus peccati, Deus. 1, Nec suasor. 2. Nec impulsor. 3. Nec approbator. 4. Nec ereptor datæ gratiæ 5, Adeoque nec auctor fuit, *Job* 34. 10.

XIV. Nec voluit fieri se permittente, si *velle* significet *approbare*, *laudare*; Neque si *velle* sit *decernere*, voluit existentiam peccati, quod nec *essentiam*, nec *existentiam* habet; sed voluit, seu decrevit permittere, ut homo liberè causa peccati fieret, *Act.* 4, 28,

§ XV, Hoc ergo primum peccatum, ejusque *causa externa* Satanæ tentatio, *causa interna* voluntas hominis, vana spe melioris status irritata, 2 *Cor.* 11, 3,

§ XVI, Peccatum hoc omnium gravissimum, non gradu, *Mat*; 12, 31, Sed 1 quatenus erat hominis integri, 2, neq; ejus tantum, sed totius naturæ, 3, atq; omniũ malorũ fons, & origo, *Rom*: 5, 12.

Sect.

§ XVII. Fructus peccati sunt *Macula*, *Job* 14. 4. *Reatus*, *Rom*: 5, 16. *Servitus diaboli*, Joh: 8, 34. *Conscientia vexans*, *Gen*: 3. 10, *Expulsio ex Paradiso*, *Gen*: 3, 23. *Terra execrata*, *Gen*: 3. 17. *Mors Gen*: 3, 19. Quæ vera imaginis divinæ amissio, sunt.

Controversia, 1.

An homo peccando vere amiserit imaginem Dei, & justitiam originalem? ∽ *ff. c. Soc*, & *Rem: quosdam*.

Arg.

1. Homo peccato illo vere peccator factus est, & recepit imaginem diaboli, cujus proles peccatum est, 1 *Joh*: 3 8.

2, Justitia illa, & imago Dei, in regeneratione restitui in nobis debent; perdita ergo est, *Eph*: 4. 24. Col: 3. 10.

3. Imago Christi in sanctitate, diserte opponitur imagini Adami, quam natura gerimus, 1 *Cor*: 15 49. *Gen*: 5. 1.

4, Id nisi ita perdidissemus, natura essemus filii Dei, *non iræ*, nec viribus destitueremur in assequenda Dei gloria. contra *Eph*: 2. 3. *Rom*: 3, 23.

Object.

1. *Homo etiam post lapsum ad imaginem Dei creatus dicitur*, *Gen*: 9. 6. Jac: 3 6,

℟. Ratione primæ creationis, restitutionis in Christo, & substantiæ animæ.

2. *Regeniti uno actu justitiam non amittunt*, ℟. Ea gratia Dei in Christo est, 1 *Pet*, 1, 23.

3. *Ergo etiam per unam actionem justam expelleretur peccatum*, ℟. Quod ad Dominium 1 *Joh*: 2, 29. Non quod ad reliquias. *Rom*: 7. 29.

4. *Habitus acquisitus uno contrario actu non amittitur*. ℟. Non mirum, quia à peccaminoso, post lapsum, acquiritur.

Controversia, 2.

An homo justitiam illam actu, & efficienter perdiderit? Aff. c. Rom.

Arg.

1. Homo se ipsum actu peccatorem fecit; non Deus *Rom*: 5, 12, 18, 19. Se ipsū ergo sanctitate privavit.

2. Diserte illa opponuntur; *Deus hominem justum fecit. sed ille seipsum corrupit. Eccles*: 7, 29.

3. Nisi seipsum actu privasset, peccatum non esset ea carere. Uti peccatum non est, pœnam pati.

Object.

1. *Ergo Deus non fecit*. ℟. Nequaquam; Deus enim homini nullam gratiam eripuit,

2. *Quæ ergo vis sententiæ*, morte morieris? R. Et vis peccati, & fructus ejus proponitur.

3. *Si efficienter, quomodo meritorie?* R. Efficienter, se quod attinet, meritorie quod ad posteros.

§. XVIII. Peccato hoc admisso abrogatum est fœdus operum quatenus pactum & promissionem continebat. *Rom*: 8, 3. Mansit tamen quatenus lex, sanctitatem præcipiens, peccatum sub pœna mortis vetans.

Controversia,

An homo perpetrato peccato, non ad pœnam primi peccati tantum obligatus fuerit, sed & ad novam obedientiam legi præstandam, atque iterum ad pœnam, si peccaret? Aff: c. Rem.

Arg.

1. Manebat lex moralis cordi inscripta, quæ docet *jus Dei, & quod morte digni sunt*, qui contraveniunt. *Rom*: 1, 32. & 2, 14, 15.

2. *Deum timere, & præcepta ejus*, lata, vel innata, *observare, omnium hominum est. Eccles*: 12. 13.

3. Alioqui nisi nova lex lata foret, Adam peccare non potuisset, nec peccarent gentes quæ legem latam non habent, contra. *Rom*: 2, 12. & 5. 13.

Object.

Nemo obligatur simul ad obedientiam & ad pœnam. Res: Quidni? civis & ad tributum Magistratui solvendum; & ad pœnam moræ obligatur.

§ XIX. Peccatum à primo ortum, vel originale est, vel actuale.

§ XX. Originale est impuritas illa cum qua homo nascitur.

Controversia.

An detur peccatum originale? Seu an omnis homo, excepto Christo, nascatur peccator? Aff: c. Soc, Anab: Rem.

Arg.

1, Nascimur in peccatis, *Psal.* 51. 7. Impuri, *Job* 14 4, 1 *Cor*: 7 14. Caro, *Joh*: 3 6. Sub peccato, 11. 32.

2, Solus Christus est expers peccati, 1 *Joh*: 3. 5. Separatus à peccatoribus, *Heb*, 7. 26

3, Totus vero mundus coram Deo damnationi obnoxius est, *Rom*: 3. 19 *Ps*: 143. 2.

4, Neque infantes salvari possunt, nisi sanguine Christi purgati à peccatis, 1 *Joh*: 1. 7. *Act*: 4. 12.

5. Quamobrem, etiam Sacramentum remissionis peccatorum, baptisma recipiunt, *Gen*; 17, & *Act*: 2.

Ob-

Object.

1. *Omne peccatum est voluntarium*, ℞ Ne quidem omne actuale, nedum originale *Rom*: 7.19.

2, *Infantes sunt innocentes.* ℞ i. e. sine astu, & malitia, non sine peccato.

3. *Non prohibetur ullo praecepto.* Resp: Damnatur tota lege, quae ait, *estote sancti.*

§ XXI. Peccatum autem originale vel *imputatum* est, vel *inhaerens.*

§ XXII. *Imputatum*, est ipsum Adami peccatum, quod nobis imputatur. Malim dicere, *quod putatur, & censetur esse nostrum*; quia in eo peccavimus.

Controversia.

An omnes homines peccârint in Adamo; ita ut hoc peccatum omnium censeri debeat? Aff: c. Soc: Anab. Rem: & Gallos quosdam.

Arg.

1. Omnes dicuntur in ipso peccâsse, *Rom*; 5. 12. & per actum inobedientiae illius peccatores constituti esse, ℣ 19. Ergo ejusdem actus reï sunt.

2, Uno illo delicto omnes damnationis reï facti sunt ℣ 16. 18. Ubi autem est communio reatus, ibi est communio culpae.

3. Nisi in ipso peccassemus, non pos-

semus nasci justitia privati. Nemo enim *sua culpa* nos justitia privare potest.

4. Spiritualiter omnes morimur in Adamo 1 *Cor*: 15, 22, At non nisi *anima quæ peccavit moritur*. *Ezech*: 18. 4. *Rom*: 5. 12. 15, 16. Peccavimus ergo in ipso.

5. Omnes pœnæ, Adamo & Evæ inflictæ, sunt communes *Gen*: 3. 17 Ergo & peccatum. Nam pœna tantum per peccatum est. *Rom*: 5. 12.

6 Adam fuit caput morale fœderatorum. *Rom*: v. 1 *Cor*: 15. Ergo ejus delictum censeri debet omnium esse.

Object.

1. *Deus illud Adamo non imputavit*. Resp Non imputavit i, e, remisit ei, ut reliquis fidelibus: imputavit tamen i, e, censuit esse peccatum ejus.

2. *Filius non feret iniquitatem patris*. Resp. Est nostra iniquitas, non patris solius.

3. *Quisque proprium onus portabit*. *Gal*: 6. 6. Resp. Est hoc onus nostrum.

4. *Cur non imputantur reliqua Adami peccata*. Resp. quia rupto fœdere desiit esse caput fœderatorum.

5. *Ergo & ejus justitia imputari debuisset*. Resp. Hactenus ut puri nasceremur.

6.

6. *Deus justum cum injusto non punit.* Resp. Eatenus omnes injusti sumus.

§ *XXIII.* Peccatum originale *inhærens*, est peccaminosa illa dispositio, qua homo ad omne bonum ineptus est, & propensus ad omne malum. *Rom:* 3. 9. 12.

XXIIII. Quæ positiva qualitas dicitur, quatenus homo eâ vere privatur bono habitu, qui inesse debebat, & ad omne malum disponitur, atque irritatur.

Controversia.

An post lapsum humana natura non tantum justitia originali privata sit, sed etiam vere corrupta, atque ad malum inclinata? Aff: c. Pelagi Soc: Rem.

Arg.

1. Omnes corrupti, & inepti facti sunt ad bonum. *Rom:* 3, 12. 2. *Cor.* 3. 5.

2. Etiam in optimis caro est, legi *Dei*, & Spiritui repugnans. *Rom:* 7, 23. *Gal:* 5. 17.

3 Omnes renasci necesse habent. *Joh:* 3. 3. 5.

Object.

1. *Unus actus non inducit habitum.* Resp. Unum vulnus inducit mortem, & privatio lucis tenebras.

Infantes nihil boni aut mali egerunt. Rom. 9. 11. Resp. Actu.

3. *Infantes sunt insontes*, *Psal*: 106. 38. Resp; Politice; quatenus in politia nihil commiserunt morte dignum.

Controversia, 2.

An peccatum illud originale vere, & proprie peccatum sit, quod mortem meretur? Aff. c. eosdem.

Arg.

1. Omne peccatum meretur mortem, *Rom*: 6. 23. Neque ullum est improprie dictum, 1 *Joh*: 5. 17.

2. Totus mundus ob hoc coram Deo damnationi obnoxius est. *Rom*: 3. 19, *Eph*. 2, 3.

3. Peccatum hoc legi divinæ, & Spiritui adversatur, R*om*: 7. 7, 23. *Gal*: 5. 17,

4. Est impuritas. *Job* 14. 4. Ob quam homo necesse habet regenerari, *Joh*, 3 3, 5.

Object.

1. *Id nostrâ culpâ non est, quod proni sumus ad peccandum*, Resp: Est, quatenus peccavimus in Adamo.

2. *Infantes ad Christum pertinent, & salvantur*. *Matth*: 19. 14. Resp: Quisquis per Christum salvatur, ille peccatum habet, 1 *Joh*: 1, 7.

§ XXV. Est autem hæc tota totius corrupti; qua fit ut homo, licet bonum

naturale, civile, & ecclesiasticum possit, spirituale tamen, i. e. salutem operari, non possit, 2 *Cor:* 3, 5.

Controversia.

An homo habeat liberum arbitrium, i. e. an in homine post lapsum vires supersint, quibus ille legem Dei servare, bona spiritualia agere, & salutem operari possit? N: c. Soc. Pont. Rem.

Arg.

1. Homo mortuus est in peccatis, *Eph:* 2, 1, & 4, 1. *Col:* 2, 13.

2. Atque ideo ineptus ad ullum bonum, *Rom:* 8. 7, 8, 1 *Cor:* 2, 14. 2 *Cor.* 2 5.

3. Necesse habet regenerari, *Joh:* 3, 3, 5 *Ezech:* 36, 26.--- 1 *Cor:* 12, 3.

4. Atque omnis potentia benè agendi gratis ei datur, 1 *Cor:* 4, 7, *Phil:* 1. 29, & 2, 13.

Object.

1. *Deus ab homine obedientiam requirit ; ergo potest.* Resp; Non quid homo possit, sed quid debeat docet.

2. *Deut:* 31, 19, *Ponitur in ipsorum arbitrio.* Resp: Non quid Natura possit, sed quae via mortis, quae vitae sit exposita, cum mandato officii illorum.

3. *Gen:* 4. 7, *Dominaberis peccato.* Resp: Non peccato, sed Abeli ; ut patet ex syntaxi hebraea.

4. *Quomodo Deus hominem punire posset, si nihil boni possit?* ℞. Tum quia impotentia illa vitio nostro in Adamo contracta est, tum quia homini placet, denique ex ea libere malum agit.

§ XXVI. Spiritus ergo rationalis in homine superest, & *rudera cognitionis, & conscientiæ* Dei remanserunt, sed nulla *Sanctitatis,* quæ proprie erat imago Dei.

Controversia.

An ergo gentiles, seu homines irregeniti, nihil quod Deo placeat, seu recte possint agere? Aff: c. eosdem.

Arg.

1. Sunt arbores malæ, quæ bonos fructus facere non possunt, *Matth*: 7. 18, & 12. 33. 1 *Joh*: 5. 19.

2. Nec Christum, nec fidem habent, sine quibus nemo quidquam boni potest, *Joh*: 15. 5. *Heb*: 11. 6.

3. Ad omne opus bonum inepti dicuntur, *Tit*: 1. 16, Deo placere non possunt, *Rom*: 8. 8.

4. Optima illorum opera Deo improbantur, *Prov*: 15. 8.

Object.

1. *Amant proximum, Matth*: 5, 46. ℞. Amor

Amore naturali & civili, quod ad Deo placendum, non sufficit.

2, *Act*: 10, 34. *In omni gente Deo placet quisquis operatur bonum*. ℞. Tales inter irregenitos nulli sunt.

3, *Rom*: 1, & 2. *Cognoscunt verum Deum, & eum glorificare possunt*. ℞. Deum esse nôrunt: quis sit, & quomodo celebrari debeat, ignorant.

4, *Egerunt quod recta ratio docebat*. ℞. Ratio naturalis docere non potest, quomodo Deo placere queamus.

5, *Celebrantur ipsorum virtutes*. ℞. Naturales, & politicæ.

Controversia, 2.

An homo irregenitus se ipsum ad conversionem disponere possit? N. c, eosdem.

Arg.

1, Est in regno, & sub potestate diaboli; qui, nisi à Christo, vinci non potest. *Col*: 1, 13, *Matth*: 12. 29.

2, Regeneratio est excitatio mortui, *Eph*: 2, 5. *Col*: 2, 13. Mortuus autem nihil potest.

3, Nemo potest ad Christum venire nisi efficaciter à Deo trahatur, *Joh*: 6. 44. *Cant*. 1. 4.

4, Solus Deus homini novũ cor, & Sp: S: dare potest, *Ezech*: 36, 26. *Jer*: 10. 25.

5, Ini-

5. Initium boni in nobis à Deo eſt, non à nobis, *Phil.* 1 6, 29. *Jac:* 1, 18.

Object.

1, *Marc:* 12. 34. *Non procul es à regno Dei*, Reſp. Confeſſione.

2, *Act.* 2, 37. *Compuncti erant corde.* R. Per Spiritum regenerantem, *Rom.* 8, 2.

3, *Cur ergo verbum illis prædicatur?* Reſp. Si forte Deus eo medio ad converſionem eorum uti velit, 2 *Tim:* 2. 25, ut *Lazare prodi*, Joh. 11 43.

§. XXVII. *P*ropagatur autem peccatum originale, neq; per animam, neq; per corpus; ſed peccator generat peccatorem, ſine morali illa qualitate imaginis Dei: ut civis civem, ſervus ſervum generat, *Gen*; 5, 3.

Controverſia, 1.

An virgo Maria ſine peccato originali nata ſit? N. c. Pontiſ.

Arg.

1. Nemo purum ex impuro dare poteſt, Job. 14, 14.

2, Totus mundus damnationi obnoxius eſt, *Rom*: 3 19, Ergo & nata Maria.

3, Naturâ omnes æquales ſumus, *Rom*: 3, 9. *Eph.* 2, 3.

Ob-

Object.

1, *Gen*: 3, 15. *Ipsa conteret caput serpentis*, Resp; Christus, 1 *Joh*; 3. 8,.

2, *Cant*. 4, 7. *Pulchra sine macula*, Resp. Illa est ecclesia, sanguine Christi abluta.

3, *Luc*; 1, 28. *Benedicta inter mulieres*, Resp; Non quia sine peccato erat, sed quia singularis gratia ei facta.

Controversia 2.

An concupiscentia quæ post Baptismum in regenitis superest, vere peccatum morte dignum sit? Aff; c. Potif;.

Arg.

1, Apostolus de eo ut de molesto peccato queritur, *Rom*; 7, 15, 18, 19, 23. 24.

2, Repugnat Spiritui, *Gal*; 5, 17. & Deo, *Rom*: 8, 7.

3, Mortificari debet, *Col*; 3, 5. *Eph*: 4, 22, Et nos propterea renovari, *Ps*; 51, 10.

4, Prohibetur decimo præcepto, atque à malo est, 1 *Joh*; 2, 16.

Object.

1 *Jac*, 1, 15; *Parit peccatum*. ℞, Actuale.

2. *Rom*. 7, 17. *Ego illud non facio, non erat ergo ejus peccatum*. Resp. Approbatione non erat ejus; commissione, omnino.

3, *Rom*; 8, 1. *Nihil est condemnabile in*

regenitis, Resp; Ergo nec peccatum actuale; *nulla* dicitur esse *condemnatio* iis, quibus peccata remissa sunt.

4, *Regeneramur per baptismum*, 1 *Cor*:6, 11. *Tit*: 3. 6. Resp: Regeneratio dominium peccati tollit, non omnes reliquias.

Controversia. 3.

An peccatum originale sit substantia vel ens positivum? N: c: Illyricum.

Arg.

1, Omnis nostra substantia à Deo creata est, Ps 139 13---- Peccatum autem non.

2, Christus substantiam nostram assumpsit, non autem peccatum. Atque peccatum destruit, non substantiam hominis, 1 *Joh*: 3. 5.

3, Omnis nostra substantia resuscitabitur ad gloriam. Peccatum autem non, *Job* 19 26.

Object:

1, *Operatur*. Resp. Ut omnis privatio. Qui in tenebris ambulat, impingit; ita mens bonitate destituta; dum agit, male agit.

2. *Pugnat cum lege Dei, &c.* Resp: Ut tenebræ cum luce.

3, *Est cor lapideum, quod in regeneratione*

ne-

aufertur. Metaphora est, in regeneratione non cor, sed vitium cordis aufertur.

§ XXVIII. Peccatum actuale est *aberratio actionis à lege*, 1. *Joh*: 3. 4. Quod intellectu, voluntate, memoria, & corpore committi potest.

Controversia.

An hæreses, & errores mentis in negotio religionis peccata sint? Aff: c. Rem:

Arg.

1. Ut peccata improbantur, *Tit*: 3, 10, 2 *Joh*: v, 9, 10. *Heb*: 3, 10.

2, Sunt causa interitus, *Joh*: 8, 24.

3, Mandatum est, *ne errate*. errare ergo peccatum est, 1. *Cor*: 6, 9. & 15, 33, 34. *Gal*: 6. 7. *Jac*. 1. 16,

4. Errores Deum summâ ignominiâ afficere possunt, *Ps*. 94. 7, 8. *Act*. 17. 29.

5, Sunt opera diaboli, carnis, & malorum hominum, *Eph*: 4. 14. 2 *Thess* 2, 11. 1. *Tim*; 4, 1. 2. *Tim*; 3. 13.

6, Nihil opus esset emendare si peccata non essent.

Object.

1. *Homines nullâ suâ culpâ errant*. Resp; Non omne peccatum requirit præcedentem culpam: ut in Adamo patet.

2. Ope-

2. *Opera Spiritus, Gal, v, 22 in ipsis esse possum*, Resp. 1, An ideo non etiam peccatum? 2, Sæpe speciem habent, vim negârunt. 2 *Tim*: 3, 5.

3. *Errores non sunt voluntarii*, Resp. Eatenus ut placeant errantibus.

§ XXIX. Peccatum actuale varie dividi potest; est enim aliud *omissionis*, aliud *commissionis*, aliud *regnans*, aliud *vexans*, ex *ignorantia*, & *malitia*, vel in *Deum*, vel in *nos*, vel in *proximũ*, *remissible*, vel *irremissible*.

Controversia,

An dentur peccata venialia i. e., tam parva quæ mortem merentur? Neg. c. Pontif. & Soc.

Arg.

1. Stipendium uniuscujusque peccati mors est. *Rom*: 4, 23, & 5, 12, - *Joh*: 24, 19.

2. Omne peccatum est violatio legis, qui autem transgreditur in uno *reus* est omnium. *Jac*: 2, 10: maledictionem meretur. *Gal*: 3, 10.

3. Christus pro omnibus nostris peccatis mortem passus est, ergo mortem merentur. 1 *Joh*: 1, 7. 1 *Pet*: 3, 18.

4. Omnia remitti debent, ergo omnia mortem merentur. *Psal*: 103, 2. 1 *Joh*: 1, 9.

5. Solutio minimi præcepti damnosa est: *Matth*: 5, 19, & 12, 36.

1. *Licet*

Object.

1. *Licet opus combureretur, ipse salvabitur.* 1 *Cor.* 3, 15. ℟. Salvabitur, peccatis ei remissis.

2. *Matth:* 5, 22, *postremum tantum morte dignum.* ℟. Contrarium docetur, sc. minimum odium id in omne coram Deo mereri, quod illi homicidium mereri statuebant, *judicio, concilio, valle Hinnon.*

3. *Jac:* 1, 15. *Concupiscentia parit peccatum, & hoc completum parit mortem,* ℟. aliud est *mereri,* aliud *parere* mortem. parit mortē, quod eam actu infert; 1 *Joh:* 5, 17.

4. *Luc:* 12, 56. *Non exibis donec ultimum quadrantem solveris,* ℟. Agitur de judiciis malorum hominum in hac terra; non de purgatorio.

§ XXX. Peccatum autem in Spiritum S. ratione objectorum committitur 1. *adversus personam* Sp: S. cum per calumniam dæmon, & impurus Spiritus dicitur *Matth:* 12, 24, 31. (2) *adversus Christum.* cum velut impostor rejicitur *Heb:* 10, 29. (3) *adversus evangelium.* cum semel acceptum ex odio rejicitur, *Heb:* 6, 5. Idque homo agit sciens, volens, contra conscientiam cum odio crudeli, *Heb:* 10, 26.

Con-

Controversia.

An peccatum in Sp. S. sit irremissibile? Aff. r. Pontif. Soc.

Arg.

1, Ita peccans *non habet remißionem in æternum*, Marc. 3, 29 Matth, 12, 32.

2, Nullum ei restat sacrificium pro peccatis, *Heb*, 10, 26.

3, Neque ad poenitentiam adduci potest, 6. 6,

4, Nec licet pro eo precari, 1 Joh, 5. 16.

Object.

1, Joh, 20, 23. S*i quorum peccata remiseritis*, Resp. Nemo potestatum habet hoc peccatum remittendi.

2, *Ezech*, 18, 21 *Si impius se convertat, vivet*, Resp; Hic se nunquam convertet, morietur ergo,

3, *Deus omnibus conversionem mandat*, Resp. Non quid futurum, sed quid officii nostri sit, exponit.

4, *Stephanus oravit pro iis qui resistebant Spiritus S. & Petrus Simonem Magum ad pœnitentiam hortatus est*, *Act*, 7, 59, & 8. 22. ℞ Non patet quod in Sp. S, peccaverant.

§XXI. Pœna peccati est mors coporea, & spiritualis, temporalis, & æterna.

§XXXII.

§ XXXII. Mortem corpoream non esse consequens naturæ, sed pœnam peccati, supra probatum, ubi immortalitas Adami ostensa est.

Controversia:

An afflictiones fidelium sint pœna propriè dictæ? Neg. c. Pontif. & Rem.

Arg.

1. Christus pœnas nostras abstulit. *Ies;* 53, 5. Nosque liberavit ab omni maledictione, *Gal;* 3. 13. *Zeph;* 3. 15.

2. Deus ex paterno amore suos affligit, omnis pœna autem ex odio judicis est, *Apoc;* 3. 19.

3 Quare illi gaudere, gloriari debent in afflictionibus; quod non possent, si pœnæ forent, *Rom.* 5, 3. *Jac;* 1. 2. *Heb;* 12. 5.

Object.

1. *Pœnæ appellantur.* Resp. Impropriè dictæ; quia afflictiones sunt.

2. *Immittuntur ob peccata.* Resp. Ut medicina ob morbos i, e. ad ea tollenda.

3. *Deus in ira eos affligit, Deut.* 1, 37. Resp; Irâ paternâ, ad emendandum; non judiciali, ad perdendum.

Controversia.

An Deus aliquando peccata peccatis puniat.

ai, i. e. an Deus justo judicio ob peccata antecedentia homines nonnunquam in alia incidere faciat, sibi ipsis, aliisque in pœnam. Aff: c: Soc: Rem.

Arg.

1. *Deus Ideo eos tradidit cupiditatibus cordis, impuris motibus, &c.* Rom: 1, 24. 26, 28. Ps: 81, 13.

2. In*durat homines*, & immittit *efficaciam erroris, ut credant mendacio.* Joh: 12, 40. 2 *Thess*: 2, 2.

3. Deus clarissime dicitur id procurare, facere, ut homines ob priora delicta in nova incidant 2 *Chron*: 25, 30 2 *Sam*: 12, 11, & 17, 14. *Ps*: 105. 25. *Jes*: 63, 17

4. Suspensio Judæ ut peccatum & pœna recenset ur. *Act*: 1, 18, 19, 20. *coll: cum Ps*: 69 26, 28.

5. Privatio justitiæ originalis in nobis, & pœna, & peccatum est.

Object.

1. *Deus est auctor pœnæ, non peccati.* Resp. 1. Non semper auctor i, e, effector; nam & deseri à Deo pœna est, 2. Ejus rei auctor est, quod hoc nobis in pœnam eveniat.

2. *Pœna passio involuntaria, peccatum actio voluntaria.* Resp. Utrumque non est perpetuo verum vide 2 Cor: 7, 11.

3. *Per*

3. *Per pœnam peccatum in ordinem redigitur.* Resp. Si sensus sit. *emendatur*, falsum est: sit *inobedientia plectitur*, id in omni pœna fit.

Caput, X.

DE FOEDERE GRATIÆ.

§ I. FOEdus Dei in genere est pactum quo Deus homini bona quædam singularia promittit, atque officium stipulatur.

§ II. Bona quæ promittit partim ad hanc vitam pertinent, partim ad beatitatem æternam.

§ III. De salute duo sunt fœdera; alterum *operum*, quo homini integro promittitur salus sub conditione perfectæ obedientiæ. *fac hoc & vives*: alterum *gratiæ*, quo lapsi hominis restitutio sancitur in Christo. *Heb*: 7 22.

§ IV. Partes in hoc pacto contrahentes, proprie sunt *Personæ Trinitatis*, seu *Pater & Filius* Filius enim ab æterno se Mediatorem stitit, Pater ab eo conditionem stipulatus est, atque ei promissa de salute suorum dedit. De quo § ix,

§ V.

§ V. Adeoque fœdus illud in tempore quidem exponitur homini, *ut Adamo, Abrahamo, Judæis*, & promissa Mediatori data, ipsis quoque fiunt; illi tamen partes contrahentes, nec in personis singularibus, neque in ullo capite communi facti sunt; sed *approbatores fœderis*, & receptores promissionũ. *Gal*: 3, 17. *Ratificatũ est in Christo*.

§ VI. Dicitur tamen cum illis initum ad quos promissiones pertinent, & quibus renovantur. *Rom*: 11, 4.

§ VII. Habet hoc fœdus cum fœdere operũ commune. 1. Quod ex bonitate Dei ejusque beneplacito ortum sit. *Eph*: 1, 5. (2) Eandem gloriosam beatitatem promittit, *Rom*, 8, 3, (3) Eamque certo eventuram, *Heb*: 6. 17. (4) Omniaque hæc ad Dei gloriam, *Eph*, 1, 6.

§ VIII. Differt autem à priori: 1. *Persona* quâcum contractum est; illic primus Adam, hic secundus, *Psal*. 89. 4. 2, *Rebus promissis*, illic tantum gloria; hic etiam gratia, *Heb*; 8 9, 10. 3, *Personis quibus*; illic omnibus Adami, hic Christi, 1 *Cor*. 15. 22 4. Mediatore, illud nullum habuit, hoc Christum, *Heb* 7. 22. 5, *Conditione*; illic, *si obedieris*, hic, quia Mediator sistet ani-

animam pro vobis, *Jes*: 53. 10, 11. 6, *Firmitate*, prius peccato rumpebatur, hoc peccatorum condonationem promittit, *Ps*; 89, 29 --- 7, Primum admittebat meritum hominis, alterum Mediatoris, *Rom*; 10. 4. 8. *Tempore* hoc in principio, illud ab æterno initum. *Eph*; 1, 3.

§ IX, In æterno hoc pacto constitutum est. Quis futurus esset Mediator, *Prov*; 8, 23 *unctus ab æterno*. 2. Pro quibus, *Joh*; 17, 9. *mihi eos dedisti*. 3. Quo modo, & pretio, *Jes*: 53. 11. *ubi animam posueris*. 4, Quando, *Gal*: 4. 4. *in plenitudine temporis*. 5. Quo successu, 2 *Tim*: 1, 9. *Gratia & salus nobis daretur*, 6. Idque acceptum à Christo. *Ps*: 40, 7. *Ecce me*, sed libere. *Phil*: 2, 6, 7. Denique, 7. Omnia conclusa & sancita. *Ps*: 2. 6, *Jes*: 42. 1. *Beneplacitum*.

§ X. Quod ita sancitum Testamentum appellatur. Quia in eo est *institutio hæredum*, Psal. 2. 8. *Legatio bonorum*, Heb. 6, 17, *Vi mortis Testatoris obtinendorum* Mat: 26, 28.

Sect. XI, Vix opus videtur monere, vocem Testamenti quandoq; pro *libris* sumi, quandoque pro *doctrina*, quandoque stricte pro *pacto* illo gratioso, 2 *Cor*, 3, 6, 14, *Act*: 3, 25.

§ XII.

§ XII. *Testamentum doctrinæ*, quia ante Christum alio modo exponebatur, quam eo glorificato, ideo vel *Vetus* vel N. dicitur, 2 *Cor*: 3, 6. 14.

§ XIII. Sed *Testamentum*, seu *fœdus gratiæ*, eo modo olim, quo nunc Administratum fuit; sc: *verbo*, & *Spiritu*. *Jes*: 59 21.

§ XIV. Eo fœdere *de nova* abrogatum est fœdus operum, non tamen lex moralis: quæ mansit, *non ut conditio novi fæderis ab hæredibus præstanda*, sed ut norma sanctitatis, & pietatis. *Gal*: 3, 12. *Rom*: 8, 3.

§ XV. Judæi vel *ut filii Dei* considerari possunt, vel *ut filii Abrahami*. Ut filii Dei, idem fœdus gratiæ ad eos pertinet. Ut filii Abrahami, ita Deus speciale fœdus politicum cum illis per Mosen inivit. *Rom*: 9, 6, 7---& 11, 1, 2.

§ XVI. In quo fœdere Deus eos *politice*, atque *Ecclesiastice*, recepit in populum suum; iisque præcepit, ut *legem moralem*, & *politicam* observarent, & fœdus, gratiæ *ceremoniis* quibusdā obūbrarent. *Exod*: 19, 5.

§ XVII. Quod fœdus, quia nec eos, nec quenquam salvare potest, inde fœdus gratiæ, & *in se consideratum*, & *ceremoniis abrogatis* in administratione longe melius est. *Heb*: 7, 22.

§ XVIII

§ XVIII. Et quanquam Christus sese fœderi operum satisfacturum spoponderit, solius tamen *fœderis gratiæ Sponsor* dicitur, quia in eo solo, *non in politico Judæorum*, Sponsor constitutus, est, atque in eo recepit sese, *adimpletione fœderis operum loco nostro*, ea bona in nos distributurũ, *Heb*: 7, 22.

Controversia, 1.

An Deus post lapsum foedus gratiæ inivetit cum omnibus & singulis hominibus? N, c. Soc, Pontif. Rem,

Arg.

1. Gentes sunt extra foedus, & populum Dei. Ergo non initum est cum omnibus, *Eph*: 2, 12. *Rom*: 9, 9,

2. Fœdus initum est cum Christo, & semine ejus. Omnes autem non sunt Christi. *Ps*: 89, 4. 5, 19, 30. *Jes*: 53, 11. *Gal*: 3, 22, N B. *omnes peccatores ut promissiones credentibus darentur*,

3. Fœdus est, *dabo mortuis cor novum*; hoc autem non fit: ergo cum omnibus initum non est, *Jer*: 31, 31.

4. Deus omnes in Christo restituere non decreverat; non potuit ergo id omnibus promittere, *Joh*: 6, 37. - - 17, 19.

5. Fœdus ubique proponitur ut beneficium

ficium particulare, non nisi aliquibus datum, *Deut:* 7. 7. *Act:* 2, 39. *Amos* 3, 2.

6. Fœdus in sanguine Christi Testamentum irrevocabile est, *Gal:* 3, 15. Quod ne peccatis quidem infringetur, *Ps.* 89, 31-36. Si ergo cum omnibus initum esset; omnes salvarentur, *Heb:* 6, 17.

Object.

1. *Gen:* 3. 15. *Totum semen Evæ in fœdus receptum.* R: Semen mulieris est Christus: ergo non nisi cum illis initum, qui Christi sunt, *semen suum*, puta diaboli, excluditur, *Matth:* 23, 33.

2. *Gen:* 9, 12. *Post diluvium cum omnibus initum est.* R. Ibi *fœdus* tantum est *promissio*, terram secundo aquis non vastatum iri: Sed à fœdere gratiæ exclusus fuit Canaan *v* 25.

3. *Rom:* 11. 32, ut omnium misereretur. Resp: i. e. ut nemo, nisi per misericordiam ejus salvari queat, *Gal:* 3. 22.

Controversia. 2.

An pacto hoc fœdere Deus omnibus & singulis det gratiam sufficientem, qua salvari possint? Neg. cum ... ?

Arg.

1. Plurimi Evangelium non habent; non

non ergo gratiam sufficientem, *Rom*: 10 14. *Psal*: 147. 19, 20 *Matth*: 20. 5.

2. Multis non datur posse credere, *Matth* 11. 25 & 13, 11. *Joh*: 6. 65.

3. Multi indurantur, atque *ideo non possunt credere*, *Joh*: 12, 39--- *Rom*: 9. 18. & 11. 8. 2 *Thess*. 2. 11, 12.

4. Sedent in tenebris, & umbra mortis, *Matth*: 4, 15. *Act*. 17. 30.

5. Irregeniti Deo placere non possunt, *Rom*: 8. 7, 8.

6. Alioqui omnes spem salutis habere possent, contra, *Eph*, 2. 12.

Object.

1. *Omnes habent cognitionem Dei*, *Rom*, 1, 20. R. Creatoris, non Redemptoris.

2. *Inexcusabiles esse debent*, *ibidem*. Resp: Ita sunt; quia eum ut Creatorem non colunt.

3. Rom: 2. 4. *Benignitas Dei omnes ad conversionem adducit*. Resp: Homines benignitate Dei eum in finem uti deberent, non tamen utuntur.

4. *Apoc*: 3, 20. *Ecce sto ad ostium, & pulso*. Resp: *Verbo* pulsat; nisi *spiritu* aperiat, nemo converti potest, *Act*. 16: 14.

Controversia, 3.

An ergo nemo sine Mediatore Christo, ejusque cognitione salvari possit? Aff: c. eosd.

Arg.

1. Christus non justificat, nec salvat, nisi per cognitionem sui. Jes: 53 11, *Joh:* 17, 3.

2. Nulla salus est sine fide in Christum *Joh:* 8, 24, *Marc:* 16. 16. Nulla fides sine cognitione, *Rom;* 10, 14.

3. Christus tantum per fidem habitat in cordibus nostris, *Eph*, 3, 12 17, In quibus nisi habitet, nulla est salus. 1 *Joh;* 5. 12.

4. Ut ramus seorsum ab arbore, ita homo extra Christum nihil potest, sed mori cogitur, *Joh:* 15, 5. 6. Gentes autem quæ Christũ ignorant, extra eum sunt. *Eph;* 2, 12.

5. Conversio non est sine cognitione hujus veritatis *Act*, 26, 18. 2 *Tim;* 2, 25, 26. Adeoque nec salus, *Act*, 4, 12.

Object.

1. *Fides in Christum non fuit necessaria ante Christi adventum, Heb;* 11. Resp. Fuit *Heb.* 13, 8, Sed, *Heb;* 11, varia recensentur *miracula ista* fidei effecta; non dicitur quod *fides salvifica* fuerit, sine cognitione Messiæ

2. V, 31, *Rahab meretrix.* Resp Quasi Messiam venturum non crediderit, quæ al-

assumpsit religionem judaicam, & nupsit Judæo. *Matth:* 1, 5.

3. *Ninivitæ crediderunt Deo Jonæ.* 3, 5, Resp, Etiam diaboli credunt, & horrent Jac: 2, 19, Ita homo horrore, & metu pœnæ, à sceleribus desistere potest, & politice honeste vivere.

4. *Venient ab oriente & adsidebunt. Matth:* 7, 11. Resp. Credentes, v. 10.

5. *Act:* 10, 1. *Cornelius erat gentilis.* Resp, Habitans inter Judæos, qui & religionem judaicam, & historiam Christi sciebat, v, 37, 38.

6. *Bona opera facere possunt, Rom:* 2, 14, Resp. Materialiter bona, non bene, non ex fide.

Controversia.

An revelatio Evangelii pendeat ex bono usu donorum naturalium; seu, an si homo faciat quæ per naturam potest, Deus cum ulteriori gratia, & revelatione Evangelii, donaturus sit?

N, c, Pel: Jesuitas, Rem:

Arg.

1. Vocatio, & regeneratio, non sunt secundum opera, quæ fecimus 2 *Tim:* 1, 9, *Tit:* 3, 4, 5. *Rom:* 11, 5, 6.

2. Non est volentis, nec currentis, sed miserentis Dei, *Rom:* 9, 16, 24, & 10, 20.

 3. Deus

3. Deus incipit in nobis bonum, non nos, *Phil.* 1. 6. 1 *Cor.* 4. 7.

4. Homo natura mortuus est in peccatis, *Eph.* 2. 1 5. Nec quicquam boni potest, nisi *Deus ei conversionem dederit*, 2 *Tim*: 2. 25.

5. Tum dici non posset. *quis prior dedit ei, & retribuetur*, *Rom.* 11. 35.

6. Sapientissimi Philosophi Græci & Romani vocati non sunt, sed Idololatra Abraham, Rahab, Latro, Paulus, *Mat*: 11. 25

Objectiones.

Deus est benignus erga omnes, *Ps.* 145 9. Resp. Largiendo bona naturæ, non gratiæ.

2. *Vult omnes ad agnitionem veritatis venire*, 1 *Tim*; 2. 4. Resp. Quosvis, quibus verbum proponit; quatenus scil. illis mandat ut veritatem agnoscant.

3. *Habenti dabitur*, *Matth*: 13. 12. Resp. Non habenti naturam, sed gratiam electionis & regenerationis.

4. *Sitienti promittit fidem*, *Matth*. 11, 28. Resp. Non; sed credenti requiem.

5. *In actis, cum de conversione Cornelii. Lydiæ, Justi agitur, notatur quod religiosi fuerint, & Deum timentes*, Resp: Conversio illorum igitur tantum fuit conversorum adductio ad agnitionem personæ

Christi

Christi: Alioqui *Religiosi* sæpe à sola professione appellantur. *Act.* 13, 50.

6. *Puniuntur abutentes donis.* Resp: Recte, quia peccant; non ideo tamen donis ita uti possunt, ut Deo placeant, & novam revelationem mereantur.

Controversia.

An Deus in fœdere gratiæ etiam illa certo promittat, quæ lex in nobis requirit, puta conversionem, fidem, perseverantiam? Aff: c. eosdem

Arg.

1. Promittitur novus Spiritus, & novum cor, quo non recedemus à Deo, *Ezech.* 36, 26 *Jerem:* 32. 39, 40.

2 Novum fœdus promittit restitutionem lapsi hominis. & abolitionem potestatis diaboli in nobis, *Gen:* 3. 15. Ergo.

3. Et Deus in N. F. homini lapso dicit, *Ego ero Deus tuus, Heb:* 8. 10. ad quod omnino requiritur, ut gratiam, & gloriam det.

4 Nisi promissa essent N. F. Sacramentis N F. obsignari non possent C. *Matth.* 26. 28. *Col:* 2. 11, 12.

5. Si N. F. gloriam tantum, non etiam gratiam promitteret, veteri non esset melius; ut quod etiam gloriam promisit. C. *Heb:* 7. 22. & 8, 8.

Object.

1. *Frustra petitur ab homine*, resipisce & crede Evangelio, *si hæc promittuntur*. Resp. Lex, quæ homini relicta erat, hæc postulat; Evangelium dicit, *ego tibi donabo, quod lex postulat*.

2. *Conditio non est conditio quæ ab eo, qui eam præscribit, in eo, cui præscribitur, efficitur*. Resp. Non manet conditio ab homine suis viribus præstanda, sed conditio est legis; promissum fœderis.

§ XIX. *Qu*: An ergo fides & resipiscentia non sint conditiones novi fœderis? R. 1. Sunt conditiones, i. e. postulata, quæ lex, *omnem sanctitatem mandans*, in nobis requirit. 2. Sunt conditiones *ratione gloriæ* i. e. talia requiruntur in homine antequam in gloriam evehatur.

Sed 1. non sunt conditiones quæ in homine prærequiruntur, antequam fœdus cum eo conclusum, & ratum habetur. 2. Non sunt conditiones simpliciter ab homine postulatæ, non promissæ. 3. Nec proprie sunt conditiones fœderis gratiæ. quatenus fœdus gratiæ est; sed legis, manentis sub illo fœdere. Patet *Gen*. 3:15. nulla conditione vel præstita, vel præscripta, fœdus ratum habebatur.

Con-

Controversia. 1.

An ergo fœdus gratiæ non sit conditionatum i. e. pendens ab aliqua conditione à fœderato præstanda? Neg. c. eosdem.

Arg.

1. Fœdus gratiæ conclusum est cum Christo, à quo solo conditio fœderis requisita, & præstita est, *Jes.* 53. 11.

2. Si esset conditionatum tunc locum haberet illud, *fac hoc, & vives, Rom.* 10. 5, 6. Nam & perinde est quæ postuletur conditio; & tota legis observantia à nobis postulatur.

3. Adeoque hoc fœdus ejusdem formæ esset cum fœdere operum c. *Heb.* 8. 8--- Nam & eadem statuitur conditio, & idem promittitur præmium.

4. Et meritum ex pacto admitteret. Neque enim Adam quoque, nisi gratia Dei, legem implevisset.

5. Nulla conditio ab homine mortuo expectari poterat. Et ridiculum esset cum eo pactũ inire, *si tu reviviscas, dabo tibi vitam.*

6. Illud conditionatum non est, quod absolute omnem conditionem promittit. *Vitam, fidem, constantiam & gloriam*; hoc autem facit fœdus gratiæ, *Jer.* 32. 40.

Object.

1. *Ergo non est fœdus; quia Deus nullam stipulatur conditionem.* R. Proprie est fœdus ratione Christi, qui conditionem præstat, ratione nostri, est fœdus promissorium.

2. *Qui crediderit salvabitur,* R. Eo quidem fides præ-requisitum gloriæ statuitur, sed hæc non est forma fœderis.

3. *Omnes promissiones de salute sunt conditionales, ut, si vis ad vitam ingredi, serva mandata* Luca enumerat Bellarm, de *Iust.* Lib, 4. c, 2. R. Hinc tantum probatur conditiones in homine requiri antequam salvari possit, quod scimus; non autem ipsas illas conditiones homini a Deo in fœdere gratiæ promissas non esse, neque ex eo dari.

Controversia. 2.

An hoc ergo sit totum Dei fœdus cum homine lapso; si credideris, & in fide perseveraveris, salvaberis? N, c, eosdem.

Arg:

1. Hoc nullum hominem singularem respicit, fœdus gratiæ autem maxime: *Ps.* 89, 4. 29.

2. Hoc palam introducit meritum; nam implenti conditionem præmium debetur ex pacto, *Rom.* 4, 4.

3 Hoc

3. Hoc fœdus non magis esset fœdus gratiæ & vitæ, quam iræ & mortis. Altera enim pars est, *si non credideris, damnaberis.*

4. Posito hoc fœdere contingere potuisset, ut nemo salvaretur; adeoque fœdus hactenus evanesceret, & Christus frustra venisset, contra, Jer: 31, 32.

5. Fœdus gratiæ est Testamentum; *Heb*: 9, 15. Hoc autem non est; quia nulla est institutio hæredis. contra *Heb*: 6, 17 *Joh*: 17, 9, 24.

Object.

1. *Filium in mundum misit, ut omnis qui crediderit habeat vitam æternam Joh*: 3 16, i: e, ut homines per fidem salvos faceret.

Controversia. 3.

An patres V. T. ejusdem fœderis participes fuerint, easdemque spirituales promissiones habuerint? Aff. c, Soc: Anab: Rem.

Arg.

1. Illorum fuerunt fœdera, promissiones, adoptio, *Rom*: 9, 4.

2. Lex fœdus gratiæ, ejusque promissiones non sustulit, *Gal*: 3, 17, manserunt ergo.

3. Gentiles eo distinguuntur à Judæis, quod fuerunt extranei, & alieni à fœ-

fœdere gratiæ, *Eph:* 2. 12. Judæi ergo non.

4, Fœdus cum Levi fuit vita, & pax, quæ ei data sunt, *Mal*: 2. 4, 5,

5, Idem Evangelium ipsis prædicatum est, *Heb*: 4. 2 1 *Pet*: 4 6.

6. Et Deus fuit illis *Deus plenæ salutis post mortem*, *Psal*: 68 21.

7, Adeoque eadem promissiones ipsis factæ sunt; *Beati omnes qui Deo credunt*, *Ps*: 2. 12, Remissionem peccatorum habebunt, *Ps*: 130. 7, 8, vitam æternam, *Ps*. 73. 24. *Prov*: 15. 24., resuscitabuntur, *Dan*: 12. 2.

Object.

1. *Gal*: 3. 23. *Antequam veniret fides*. R. i. e. res credita, Christus.

2. *Christus primus salutem prædicavit*, *Heb*: 2. 3. Resp: Ut obtinendam suo sanguine, Idem respondendum ad 2 *Tim*: 1, 10.

3. *Lex tantum umbram habet*, *Heb*: 10 1. Resp: Lex cæremonialis; sed præter eam Judæi etiam legem moralem, & fœdus gratiæ habebant.

4. *Fœdus novum melius est*, *& melioribus promissis sancitum*, *Heb*: 8 6. Resp: Quam lex cæremonialis, & fœdus politicum cum Judæis initum. Qua de causa etiam *aliud*, & *novum* dicitur.

5, Evan-

5, *Evangelium occultatum fuit à temporibus seculi, Rom: 16. 25. Heb: 9. 8.* Resp: Gentibus plane; Judæis sub umbra ceremoniarum expositum fuit.

6, *Promissiones non acceperunt, Heb: 11. 39* Resp: Rem promissam, Christum.

7, *Quomodo Sadducæi vitam æternam negassent?* R. Quia cæci cæcorum duces erant.

8, *Ergo status Judæorum nostro melior, quia illi etiam promissiones corporales habebant.* R. Negatur, Lex ceremonialis abrogata est, Messias venit. Gentes adoptantur, veritas in propatulo est, & omnia nostra sunt.

Caput XI.

DE CHRISTO.

§1. HUjus fœderis Mediator *principio* promissus est, *postea* etiam typis adumbratus, *tandē* anno mundi 3955 venit.

Controversia. 1.

An promissus Messias jā venerit? Aff: c. Judæos.

Arg;

1. Omnia jam preterierunt, quibus stantibus Messias venire debebat; *politia judæorum, Gen: 49. 10. Jerusalem & Bethlehem*

lem. Mich. 5 1, *Genus Davidis Jes.* 11, 1, *Templum secundum. Hag.* 2, 10.

2. Septuaginta hebdomadæ Danielis diu elapsæ sunt, à quo etiam tempore initiũ eum aliqua specie, sumatur. *Dan.* 9, 24.

3. Holocausta, & ceremoniæ jam diu cessarunt; quod non nisi post Messiam contingere debebat, *Dan.* 9, 27.

4. Gentes non nisi post Messiam ad agnitionem Dei, verbi ejus, & promissi Messiæ adducerentur, *Jes.* 11, 10. Quod jam diu factum.

5. *Mal* 3, 1. *jam brevi veniet.* At hoc jam ante tot sæcula scriptum fuit.

Object:

1. *Elias nondum venit*, R. Venit, sed non agnoverunt ipsum, *Matth.* 17. 12.

2. *Lupus cum ove non cohabitat Jes.* 11 6. R. i. e. tanti inimici conciliabantur in Christo. Nam Messias ad bruta convertenda non venerat, *Mal.* 4, 6.

3. *Bellum non erat. Jes.* 2, 4. Resp. Pax spiritualis inter membra Messiæ.

Controversia. 2.

An Iesus Christus sit verus ille promissus Messias? Aff. c. Jud.

Arg.

Arg.

1. Omnia de Messia prædicta ei conveniunt.

1. *Debebat* esse ex tribu Juda, ex domo *Davidis*, & est. *Ezech* 34. 23, 24.

2. Ex virgine nasci, & est, *Jes*: 7. 14. *Matth*: 1, 23.

3. Emanuel esse, & est. *Jes*: 9. 5. 1 *Tim*: 3, 16.

4. Nasci in Bethlehem, & est *Mich*, 5. 1. *Luc*, 2, 7.

5. Pauper & Despectus esse, *Jes*, 5 3. 3. *Zach* 9, 9.

6. Odio haberi, cruci affigi. & occidi. *Ps*. 22, 17. *Dan*; 9, 26.

7. Et tamen Rex esse, & manere in æternum, & est *Ps*: 2, 6. *Apoc*, 17, 14.

8. Atque ideo á morte resurgere, *Ps*. 16, 10, 1 *Cor*: 15, 4.

9. In cœlum ascendere, *Ps*. 68, 19. *Act*. 1, 9. Ita hæc, & omnia in Iesu Christo impleta sunt.

Object.

1. *Messias debebat bellum gerere cum Gog & Magog*, *Ezech*, 38. Resp. Id nequaquam dicitur; sed tale bellum aliquando populo Dei inferendum, quale fere sub

An-

Antiocho illatum est, & alterum expectatur, *Apoc*, 22, 8.

2. *Messias tertium templum restituere debebat. Ezech*: 40, Resp. i, e, Ecclesiam.

Controversia, 3.

An Jesus Christus homo factus fuisset, atque in mundum venisset, si homines non peccâssent? N. c. Soc. & Scholast.

Arg.

1 Non nisi post lapsum promissus est, *Gen*: 3, 15. Neque poterat ex virgine nasci, nisi vi promissionis.

2. Sani Medico non egent. *Matth*: 9. 13 Non venit nisi ut peccatores salvos faceret: 1 *Tim*: 1, 15

3. Missus est ex amore Dei erga hominem lapsum, *Joh*: 3, 16. Quod illic locum habere non poterat.

4 Necesse non fuisset Deum hominem fieri, adeoque frustra venisset.

5. Neque hominis erga ipsum, ut incarnatum, ulla obligatio fuisset.

Object.

1. *Christus est primo genitus omnium creaturarum, Col*: 1, 15 Resp. i, e, Genitus ab æterno ante omnes creaturas.

2. *In Omnibus primus est*. V. 19. Resp. Dignitate, & loco.

3. Om-

3, *Omnia in ipso i, e, propter ipsum creata sunt*, Resp, Omnia propter ipsum ut Deum non ut hominem.

4, *Ergo non nos propter Christum, sed ipse propter nos factus est*, Resp; Ita; ut homo. *Instant*; *Ergo nobis gratias debet quia propter nos est*, Resp. Inepte.

§ II In illo Messia tria considerari debent, persona, officia, & status.

§ III. Persona est secunda Trinitatis, *filius*, *Gal.* 4, 4, Cur vero *filius* mediator sit factus, non *Pater*, non *Sp*, S. nec quæri debet, nec si quæratur, decidi.

§ IV. Filius appellatur, non ob *conceptionem ex Sp*. S, neque ob *sanctificationem ad officium*, neque ob *excitationem ex mortuis*, neque ob *sessionem ad dextram* Patris; sed quia ab æterno ejusdem substantiæ cum Patre est particeps, idque à Patre, quod filii apud homines proprium est.

Controversia,

An ergo Jesus Christus sit Dei Patris naturalis filius, ab æterno ab ipso, communicatione naturæ, genitus; Non vero filius appelletur ob conceptionem vi Sp. S, *&c? Aff. c. Soc.*

Arg.

1. Est æternus Dei filius *Prov.* 8, 22,

Cui

Cui & in *æterno decreto* dictum est, *filius meus es tu, ego hodie genui te. Ps. 2. 7.*

2. Est proprius Dei filius, *Rom:* 8 32. Improprius autem est filius, qui ex substantia genitus non est.

3. Est filius *μονογενὴς* unus, & solus genitus à patre, *Joh:* 1. 18 *&* 3. 16 Non igitur ob aliqua dona, cum angelis, & hominibus communia, sed ob veram essentiæ communicationem filius Dei est, *Heb.* 1. 3.

4. Ita est filius Patris, ut eo ipso illi æqualis sit, *Joh:* 5. 18. *&* 10. 30. *Character subsistentiæ ejus, Heb.* 1. 3.

5. Humiliavit, atque exinanivit se, eo quod fieret homo sanctus, legi subjectus, *Phil:* 2, 7 8. At hoc verum non esset, nisi jam ante nativitatem in majori divina gloria & Deus, & filius fuisset.

Object.

1. *Ergo Deus genuit alium Deum à se distinctum,* ℞. Neg. quia non genuit aliam essentiam, sed eandem numero filio communicavit.

2. *Ergo filius seipsum genuit, & simul suipsius est filius, & pater, quia idem Deus.* ℞. Est alia persona, adeoque generans & genitus distincti sunt.

3. *Omne genitum aliquando non fuit.* Resp. In creaturis, quibus naturale est principium habere: quod in Deo non est.

§ V. Hic filius homo factus est. *Persona* divina assumpsit *naturam* humanam, propria personalitate carentem, non *natura* divina *naturam* humanam, *aut personam*, nec *persona personam*. Mansit ergo Christus non nisi una persona divina, 1 *Tim.* 3. 16.

§ VI. In qua persona duæ fuere naturæ personaliter unitæ, divina & humana, duo intellectus, duæ voluntates. *Rom.* 9. 5.

§ VII. Unio hæc non est conjunctio partium, ut animæ, & corporis, sed assumptio naturæ humanæ in unitatē personæ. idque *ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως.* i. e. *immutabiliter, inconfuse, indivise, inseparabiliter.*

§ VIII. Non ausim tamen affirmare generationem hanc fieri per actum intellectus, spirationem per actum voluntatis.

Controversia.

An Deus vere sit homo factus: seu secunda persona Trinitatis, Deus filius, assumpserit humanam naturam? Aff. c. Soc.

Arg.

1. Ideo hoc ut ingens mysterium proponitur.

ponitur quod *Deus manifestatus sit in carne*, 1 *Tim*: 3. 16, *verbum caro factum*, *Joh*, 1, 14.

2, Eadem persona est Deus altissimus, & homo, Rom. 9. 5, Immanuel, Jes. 7, 14. Estque in eo natura mortua, & non mortua 1 Pet; 3, 18.

3 Aliquo pater dici non posset filium de cœlo in carnem, in mundum misisse, ut esset legatus ejus. Joh; 3, 13, 16 & 10, 36, 1 Joh; 4, 6, Necesse est ut talis legatus ante in cœlo fuerit Joh; 6, 62.

4. Nec filius sese humiliasset, & exinanivisset eo quod homo fieret. Phil; 2, 7; Heb; 5. 8.

5. Nec Deus gloriæ crucifixus esset, nec Deus suo sanguine Ecclesiam redemisset, 1 *Cor*. 2, 8. *Act*: 20. 28.

6. Omnis plenitudo Deitatis corporaliter in ipso habitat *Col*. 2, 9.

7. Nullus ψιλὸς ἄνθρωπος merus homo, *sponsor* fieri, & *fratrem redimere* poterat *Jer*. 30, 21. *Ps* 49, 8. nec mortem superare, *Jes*. 25, 8.

Object.

1. *Ergo etiam Pater & Sp. S. homo facti sunt, quia eadem natura*. Resp. Non natura divina, quæ est tribus personis communi-

nis, assumsit humanam naturam, sed secunda persona.

2. *Ergo desiit esse persona, quia pars factus est*, Resp, Neg. Partem assumpsit; sed nulla confusio, aut commixtio facta est.

3. *Deus & homo sunt disparata, quæ uniri non possunt.* Resp. Non magis quam anima & corpus:

4. *Si de cælo missus, ergo desiit esse in cælo* ℞. Nequaquam, est enim infinitus. Joh 3. 13.

Controversia. 2.

An humana natura Christi etiam fuerit humana persona? Neg. c. Soc.

Arg.

1. Tum duæ diversæ forent personæ, & nihil horum de eadem persona dici posset; D*eus manifestatus in carne, ex patribus secundum carnem, Deus super omnia; Deus gloriæ crucifixus. &c.*

2. Nusquam id legitur in Scriptura.

Object.

1. *Humana natura Christi est substantia prima intelligens* Resp. Non tamen persona; ut anima nostra corpori unita, & ab eo separata.

2. *Christus fuit homo singularis*, Resp, Si per *hominem* intelligatur *persona humana*, ne-

negatur: Singularis homo fuit per singularem naturam humanam, personaliter ἐν λόγῳ subsistentem.

3. *Humana natura egit; actiones autem suppositorum sunt*, Resp. Suppositum fuit *principium* Quod, naturæ *principium* Quo, Instant, *Multæ actiones supposito divino tribui non possunt, ut edere, precari, &c.* Resp. Tam bene, ut crucifigi, & mori, *Act.* 20, 28 Quæ de Deo secundũ humanam naturã affirmantur.

4. *Ergo nobis per omnia similis non est.* Resp. Est quoad naturam humanam, non quoad peccatum, & subsistendi modum.

Controversia. 3.

An ergo Christus secundum humanam naturam non sit, nec dicatur, filius Dei? N, c. Soc.

Arg.

1. Non est filius Dei secundum naturam quæ est ex Davide, sed κατὰ πνεῦμα, *quoad spiritum Rom:* 1. 3, 4.

2. Est filius *à patre genitus. Ps:* 2. 7. at hoc non est quoad humanam naturam; nam hominem generare naturæ Dei adversatur.

3. Est filius μονογενὴς solus genitus, Joh. 1. 18 At secundum humanam naturam habet fratres, *Heb*, 2, 11, neque est unigenitus.

4. Alio

4. Alio, atque excellentiori modo filius Dei est, quam ipsi angeli. *Heb.* 1, 5. Ergo non qua creatura: nam inter eas angeli excellentissimo modo filii Dei sunt.

5. Secundum naturam humanam est sine patre. *Heb*: 7, 3. Ergo secundum eam non est filius.

Object.

1. *Luc*: 1, 35. *Spiritus S. obumbrabit te; ideo quod ex te nascetur vocabitur filius Dei* Resp. *Ideo*, quia ita nasci non contingit, nisi æterno Dei filio; *ideo* dicetur, hic est ille filius ab æterno genitus.

§ IX. Incarnatio hæc, *active*, est opus totius Trinitatis. *Heb*: 10, 5. *passive*, solius filii, *Heb*: 2, 16.

§ X. Filius humanam naturam ex sanguine Mariæ virginis, ope Sp. S. assumpsit *Luc*: 1, 37.

§ XI. Et quanquam Sp. S. dici possit *corpus* Christi *formasse*, *animam creasse*, atque *ea conjunxisse*, pater tamen non est, quia nihil ex se genuit, *Heb*: 7, 3.

§ XII. Habuit ergo Christus verum animam, *Matth*: 26, 38, & verum corpus *Heb*. 10, 5. sed sine ulla labe.

Con-

Controversia. 1.

An Christus verus homo sit? Af. c. Mennon,

Arg.

1. Diserte appellatur homo. *Joh:* 8, 40. 1 *Cor:* 15, 21. 1 *Tim.* 2. 5.

2. Filius est hominis, ejusque semen. *Matth.* 1, 1, & 9. 6. 27.

3. Partes habet hominis, animam & corpus. ut §. x.

4. Mortuus est: & spiritus Deo, corpus sepulchro datum est. *Luc.* 23. 46, 53.

Object.

1. *Ps:* 22. 7. *vermis sum, non homo* Resp. Non natura, sed statu.

2. *In similitudine carnis,* *Rom,* 8, 3. R. Additur *peccaminosæ.*

3. *Formam servi assumpsit,* *Phil,* 2. 6. R. i, e, statum & conditionem cum natura. *Instant.* v, 8, *in forma inventus ut homo,* R. i, e, Deprehensum fuit eum esse hominem.

Controversia. 2.

An Christus carnem suam habeat ex substantia, & sanguine virginis Mariæ? Af, c, Mennon.

Arg.

1, Est semen mulieris, Abrahæ, & Davidis, habet ergo substantiam ex iis *Gen,* 3, 15, & 22, 18, *Rom,* 1. 3.

2, Est

2, Est ex patribus quod ad carnem. *Rom*, ix, 5. ex Juda. *Heb*, 7, *xiv*, ex lumbis Davidis. *Act*, 2, 30.

3, Est filius hominis. *Matth*, ix, 6. Davidis xxii, 45. Fructus ventris Mariæ. *Luc*, i, 42, ut alii infantes. *Heb*, ii, 14,

4 Genealogiam habet ex patribus. *Matth*, i, & *Luc*, 3.

5, Est surculus ex radice Jesse, *Jes*, xi, 1.

Object.

1, *Mulieres semen non habent*. Resp, Nego, Levit, xii, 2.

2, *Esset peccator*, &c, Neg, Est ex Adamo quod ad naturam, non quod ad statum moralem, utpote alter Adam. 1 *Cor*, 15, 45.

3, *Est ex cœlo* Joh, 3, *Res*, Missus a Deo cujus thronus est in cœlo: ut Baptismus Johannis. Matth, xxi, 25.

4, *Homo est terrestris, sed cœlestis*, 1 *Cor*, *xv*, 47, in Sanctitate & Potestate.

5, *Verbum caro factum est*. Joh, i, 14. *Res*, Assumendo carnem ex Maria.

Controversia.

An mater Mariæ fuerit ex tribu Judæ? Affirmationem [illegible]. Arg,

1, Patet ex Genealogia Mariæ contexta à Luca. Luc, 3, 23.

 2, Per

...rias. Per eam Christus ex Juda ortus est, *Hebr.* 7. 14.

Object.

1. *Elisabetha, Levitici Sacerdotis uxor, Cognata ejus erat, Luc.* 1. 36. Resp. Pater Elisabethæ ex tribu Aaronis, Mater ex tribu Juda, & amita Mariæ, esse potuit.

2. *At non licebat extra tribum, Num.* 36. Resp. Licebat cum hæreditas non alienabatur: ut ex Davide patet.

§ XIII. Charismata humanæ naturæ sunt dona in eam vi unionis personalis collata, ut sanctitas, sapientia, potentia, dignitas, &c.

§ XIV. Dona hæc in ea natura creata ingentia quidem, finita tamen fuere, *Joh.* 3. 34.

§ XV. Quæ tamen non impedierunt ut non etiam communes nostras imperfectiones susciperet, ut esurire, sitire, defatigari, dolere, &c. Sed 1. nullas peccaminosas. 2. Nullas ipsius officio repugnantes, ut cæcitas, surditas. 3. Neque omnes particulares.

§ XVI. Communicatio idiomatum, quæ orta est ex unione personali duarum naturarum, in eo sita est 1. Quod proprietates utriusque naturæ vere toti personæ tribuantur. Ut *Christus est creatus, increatus,*

finitum, infinitum. 2. Quod proprietates, *unius naturæ* toti personæ tribui possunt, *denominata ab altera natura, similia non conjunguntur*, ut *Dominus gloriæ est crucifixus*, 1 Cor. 2. 8. *Filius hominis ascendit ubi erat antea*, Joh. 6. 62.

§ XVII. Sed proprietates unius naturæ alterius naturæ factæ non sunt; neque de ea in abstracto prædicari possunt. Divinitas non est passa, humanitas non est æterna.

Controversia. 1.

An anima Christi ab ineunte ætate beata fuerit, ita ut noverit omnia, neque unquam dolorem senserit? N: c. Pontif.

Arg.

1. *Jesus crevit sapientiâ, staturâ, & gratiâ coram Deo, & hominibus*, Luc. 2. 52.

2. *Quanquam esset filius, obedientiam didicit ex iis quæ passus est*; quam grave sc. esset expiare peccata, *Heb.* 5. 8.

3. *Nobis per omnia similis est factus*, excepto peccato, *Heb.* 2. 17. & 4. 15. Crevit ergo sapientiâ, ut nos.

4. Ignoravit diem judicii. *Marc.* 13. 32.

Object.

1. Jes. 11. 2. *Spiritus sapientiæ in ipso.* R. 1. De modo, & gradu quæstio est, non de Spiritu. 2. Neque ibi de Christo In-

[illegible] digitum, sed in functione mediatoris, ubi Spiritum accepit, Matth. 3, 16.

Joh. 3, 34. Dat ei Spiritum sine mensura. Res. Quid hic de infantia? Sensus est, non ex parte, aut parce, sed totus Sp. in ipso est cum donis pro ratione ætatis, & muneris requisitis.

3, Col. 2, 3, Omnes thesauri sapientiæ in ipso, Res. Objective in ejus Persona & officio reperitur quicquid debemus scire, 1 Cor. 2. 2.

4. Deitas naturæ humanæ unita fuit. Col. 2, 9. Res. Non ideo tamen quicquid erat in ea in humanam transiit.

Controversia. 2.

An sanctitas Christi non tantum fuerit personæ requisita qualitas, sed & pertinuerit ad officium Christi mediatorium? Affir. contra Gallos quosdam.

Arg.

1. Christus qua Mediator & Sacerdos debuit esse sanctus, & talis, Heb. vii. 26. Ergo ad officium pertinet.

2, Qua agnus immaculatus oblatus est, 1 Pet. 1. 19. [illegible]

3, Nostra natura sanctificata est in ipso, 1 Cor. 1. 30. Col. 2, 10. Habuit ergo hoc ut communis Persona.

4, Debuit ut circumcisi simus in ejus circum-

cumcisione, baptizati in ejus Baptismo, ita & sanctificati in sancta ejus nativitate. *Col.* 2. 12.

5. Natus est pro nobis, ergo & sanctus natus pro nobis. *Jes.* ix, 5.

Objectiones.

1. *Est qualitas personæ.* Res. Est etiam persona mediatoria.

2. *Quæ muneris & officii sunt, libera sunt, ut Christus debuit nasci sanctus.* Res. Omnia pariter libera & necessaria fuerunt Christo Deo; potuit non nasci, officio non fungi: sed cum nasceretur, debuit sanctus nasci, & officio mediatorio sancte fungi.

Controversia 3.

An Christus ob unionem hypostaticam adeo sanctus fuerit, ut peccare non potuerit? Aff. Scholast. & Rem.

Arg.

1. Diabolus nihil poterat contra ipsum, *Joh.* xiv. 30.

2. Omnia quæ facit, hypostasi divinæ naturæ fecit, quoniam Actiones sunt suppositorum, *Actor.* xx. 28. Illa autem peccare non potest.

3. Unio solvi potuisset, quia nulla Dei communio cũ peccatore *Jes.* lix. 2. 2 *Cor.* 6. 14.

 4. Christus

4. Christus, utpote peccator, damnari potuisset, *Gal*: 3. 10.

5. Imo Deus in promissionibus, & prædictionibus mentiri potuisset, contra *Heb*: 6. 17.

6, Christus officio mediatorio excidere, atque ita fundamenta salutis everti potuissent. contra *Act*: 2, 25.

Object.

Erat liber: poterat ergo peccare, Resp. Ita Deus, & Angeli in coelo sunt, & erimus nos post judicium.

Controversia, 4.

An proprietates divinæ naturæ communicatæ sint humanæ naturæ, ut omnipræsentia, omniscientia, omnipotentia, adoratio. N. c. *Luther.*

Arg.

1, Proprietates naturæ divinæ sunt ipse Deus: natura autem humana Deus fieri non potest: ergo nec omnipotens, &c.

2, Si una proprietas communicari posset, possent omnes communicari. Æternitas autem communicari non potest; Ergo nec reliquæ.

3, Proprietates Dei sunt ipsius gloria, *Jes*: 6. *cum Joh*: 12. 41. At gloria Dei alteri dari non potest, *Jes*: 42, 8.

4. Ex

4. Ex attributis divinis deprehenditur Deus, *Rom*: 1. 20, 21. Quod non fieret, si ea creaturæ communicarentur.

5. Proprietates *divinæ* tam parum *humanæ naturæ* dari possunt, quam *humanæ* communicari *divinæ* naturæ.

6. Contra omnipræsentiam, *Joh*: 11. 15. *Heb*: 8. 4. Contra omniscientiam, *Marc*. 13. 32. Contra omnipotentiam, 2 *Cor*: 13. 4. Contra adorabilitatem, *Matth*: 4. 10.

Object.

1. *Seipsum totum communicavit carni.* ℞. Non nisi ut cum ea una fieret persona.

2. *Plenitudo Deitatis habitat in ipso σωματικῶς, corporaliter.* Resp: i. e. non in umbra, sed vere in illa persona.

3. *Spiritum habet sine mensura, Joh*: 3. 34. ℞. Spiritus gratiam, & dona, non attributa divina notat.

4. *Sedet ad dextram Dei, quæ ubique est.* ℞. i. e. statum, & honorem sub Deo, supra omnes creaturas summum accepit, idq; qua Mediator, non qua Homo attributa infinita.

5. *Mihi data est omnis potestas, Matth*: 28. 18. ℞. Omnes potestates creaturarum mihi, ut Mediatori, subjectæ sunt non carni datæ. NB. Omnia hæc, si quid

valerent, non minus probarent carnem Christi esse *Spiritualem, æternam, infinitam, incompositam*, quam omnipotentem, & omnipræsentem.

§. XVIII. Ἀποτέλεσμα est unum opus ab utraque natura proficiscens; in qua divina divinam, humana humanam habet *ἐνέργειαν*: ut justificatio, glorificatio.

§. XIX. Ἐνέργεια autem est vis, & operatio cujusque naturæ. Divina suo modo *divina*, *humana* non nisi *humana*. Adeoque actiones duæ, opus autem unum est. *Spiritu se ipsum obtulit*. Heb. ix. 14.

§. XX. Quæ virtutes sese exerunt in officio Christi Mediatorio. Est autem Mediator, (1.) Unicus, 1 *Tim.* 2, 5. (2.) Perfectus. *Heb.* 7, 25. (3.) Spondens & solvens. *Matth.* 26, 28. (4.) Pro omnibus fidelibus V. & NT. & omnibus ipsorum peccatis. *Rom.* 3, 25. (5.) Secundum utramque naturam.

§. XXI. Ad quod munus cum *unctus* dicitur, significatur. 1 Quod ad hoc officium sit electus. 1 *Pet.* 1. 20. (2.) Aptatus *Heb.* i. 9. (3.) Atque in hoc officio confirmatus. Joh. 6, 27.

Con-

Controversia, 1.

An officium Christi mediatorium in eo consistat: quod hominibus viam salutis docuerit, eamque doctrinam suo sanguine confirmaverit, N, c, Soc.

Arg. 1.

1. Ideo est Mediator N, Ti ut interveniente morte peccata deleret. *heb.* 9. 15.

2. Qua Mediator ἀντίλυτρον solvit. 1, *Tim,* 2, 5, 6, *Matth,* 20, 28.

3. Ideoque Sponsor est, loco nostro legem adimplens, & poenas ferens. *heb,* 7. 22.

4. Si tantum Mediator esset interloquens, etiam Iudae, & Pharisaeorum, qui in Sp. S. peccaverant, mediator esset. contra, *Joh,* xiii, 18.

5. Non esset mediator Patrum V, T. contra *Col,* 1, 20, *heb,* ix, 15.

6, Tum Deus in eo non ostenderet justitiam, neque secundum legem credentes justificaret, contra *Rom,* 3, 24. xxv.

Object.

1, *Moses dicitur Mediator. Gal,* 3, 19 *Res.* Typicus, & typice reconcilians. *Exod,* 34, 45.

2, *Mediator est foederis promissorum. Heb,* 8, 6, *Res,* In eo constitutus ut poenas, ex lege nobis debitas, ferret. *Rom,* 8, 3.

Controversia, 2.

An Christus tantum Mediator sit secundum humanam naturam, ita ut omnia opera mediatoria sint humanæ naturæ? N. c. Pont.

Arg.

1, Christus secundum utramque naturam est Propheta, & Rex noster; ergo & Mediator, *Matth:* 11. 27. *Apoc:* 5.

2, Jam in V. T. opera mediatoria exercuit, Jes: 63. 9. *Zach:* 1. 12. *Apoc.* 13. 8. tunc autem nondum erat homo.

3, Tota persona ut Mediator describitur, Jehova, *Deus*, *Hos:* 1. 7. *Act:* 20. 28.

4. Plurima sunt opera quæ humana natura peragi non possunt, ut mortem superare, seque & nos resuscitare, *Rom:* 1. 4. *Joh.* 6. 40. Sp. S. mittere Joh. 16. 7. Corda aperire, Luc, 24. 45. Custodire nos in gratia, Joh. 10. 28.

Object.

1. *Unus est Mediator Homo* Jesus *Christus* 1 *Tim.* 2, 5. Resp. Non tantum, sed etiam Deus, *Deus suo sanguine nos emit. Act.* 20, 28.

2, *Ergo omnes personæ sunt Mediator.* Res. Non magis quam omnes personæ Homo factæ sunt.

3, *Natura divina erat pars offensa,* ℞ Est: quan-

quanquam personæ proprie pars offensa sunt. *Instant; Ergo Mediator apud se ipsum.* Resp: Quid tum? *Deus erat mundum reconcilians sibi,* 2 *Cor.* 5. 19. Quanquam Pater personam judicis, Filius Mediatoris gessit.

4. *Ergo secundum naturam divinam fuit minor Patre.* Resp: Non; quia *persona* est Mediator, non *natura*, quanquam multa agat per naturam. Persona ergo *statu & officio* minor, *natura æqualis.*

Controversia, 3.

An præter Christum plures veri Mediatores sint? Ne, c. Pontif.

Arg.

1. *Unus est Mediator,* 1 *Tim.* 2. 5. *unus Advocatus apud patrem,* 1 *Joh.* 2, 1. *unus Dominus,* 1 *Cor.* 8. 6.

2. *Nullum aliud nomen Mediatoris sub cœlo datum, Act.* 4. 12. Neque quisquam venit ad patrem, *nisi per ipsum,* Joh. 14. 6.

3. *Omnes promissiones in Christo sunt Amen.* Ergo ille solus Mediator, 2 *Cor.* 1. 20.

4. Si plures essent Mediatores, possemus in pluribus gloriari, contra *Gal.* 6, 14. deberemus plures agnoscere, contra, 1 *Cor.* 2. 2.

5. Si plures essent Mediatores, plures suo sanguine intervenire deberent, *Heb.* 9.

ix, 25. Quod non possunt, 1, *Cor*, 1, 13.

Objectiones.

1, *Deut*, 5, 5, *Moses erat Mediator*, Res, Internuncius Dei ad populum, non Mediator pro populo ad Deum.

2, *Job*, xlii, 8, *Job, orabit pro vobis*. Res, Non ut Mediator, sed ut homo, amicus, servus Dei.

Caput, XIV.

DE OFFICIIS CHRISTI.

§ I. Officii hujus mediatorii partes sunt tres; Christus *est Propheta*, qui *externe* 1. docet Evangelium in se completum, *Heb*, 2, 3, 2 Explicat legem *Matth*. v, 20, 3 Prædicit futura *Matth*, xxiv, 25. *Interne* autem, 1. illuminat oculos. *Luc*. xxiv, 45. 2 Mutat corda. *Act*, xvi, 14.

Est Sacerdos, atque ita 1, legem adimplevit, 2, se ipsum offert pro peccatis nostris. 3 intercedit pro nobis. *Rom* 8, 3, 34.

Est rex spiritualis Atque ita 1. Colligit Ecclesiam 2, Regit eam, 3, Conservat eam, 4 Beat eam, *Joh*, x, 16, 27, 28. 5, Inimicos autem cum angelos, tum homines, cohibet & supplantat. *Rom*. 16. 20.

§ II, qui-

§ II. Quibus officiis Christus suo modo *jam* fungitur, & cum *in terris* esset, & ab initio *antequam in mundum veniret*. Spiritu enim & verbo collegit Ecclesiam, futura satisfactione eam expiavit, & pro ea intercessit, denique hostes subegit, *heb*, *xiii*, 8, *Apoc*, xiii, 8.

Controversia, 1.

An Christus, antequam munus propheticum inchoaret, in coelum raptus fuerit, ut ab ipso Deo audiret, & doceretur ea, quæ mox mundo annunciaturus esset? Neg. c, Soc.

Arg.

1, Christus non nisi semel intravit in coelum, *heb*, ix, 12.

2, Idque non nisi post passionem & mortem, Luc, xiv, 26. & ablutionem peccatorum nostrorum, *heb*, 1, 3.

3. Sacerdos non debebat in sanctum sanctorum intrare sine sanguine, *heb*, *ix*, 7. Ergo nec Christus, nisi sanguine prius fuso.

4, Neque necesse habebat in coelum evehi ut doceretur, qui ipse Deus in carne manifestatus erat. 1 *Tim*, 3, 16.

Object.

1. *Dicitur descendisse de coelo. Joh*, 3, 13 R. Ut baptismus Johannis. *Matth*, 21. 25. non quod illic ante fuerit, sed quod à Deo datus sit.

2, Si

2. *Si filium hominis videretis ascendentem ubi erat prius, Joh: 6, 62.* R. Filius hominis etiam erat filius Patris, verus Deus, atque ita apud Patrē semper fuerat, & adhuc erat, ut ut illud carne humana velaretur. *Joh:* 3, 13

3. *Moses & Paulus in cœlum rapti.* Resp. De Mose falsū, Paulus ipse ignorabat an in corpore evenisset, Et quæ hæc consequentia

4. *Didicit à patre, Joh:* 8, 28. Resp. etiam nos. *Joh:* 6, 45.

Controversia. 2.

An Christus ut Propheta legem moralem correxerit & auxerit, addendo abnegationem sui, tollerantiam crucis, imitationem Christi, atque alia? Neg. c. Soc. Rem: Pont.

Arg.

1. Lex est perfecta. *Ps:* 19, 8, Et continet omnia quæ ad amorem Dei, & proximi requiruntur. *Matth:* 22, 37.

2. Quare nullum aliud mandatum ei addendum, *Deut:* 4, 2.

3. Neque *ullum aliud mandatum est*, quam quod in illa lege reperitur, *Rom:* 13, 8, 9.

4. Lex per Mosen data est, gratia autem per Christum, *Joh:* 1, 17. Adeoque unus tantum Legislator, *Jac:* 4, 12.

5. Omnia mandata sunt, *abnegatio sui* Eccl.

Eccl: 11, 9, 10, *tolerantia crucis.* Thren: 3, 27, 28, *Imitatio Christi.* Deut. 18, 15, Heb, 11, 25.

Object.

1. *Qui implet legem perficit eam: at Christus implet legem, Matth: 5, 17.* R. *Implere* est facere, *Gal: 6, 2, & vos impleta legẽ Christi.*

2. *Novum mandatum do vobis, ut alter alterum diligatis,* Joh: 13. 34. Resp. At hoc in lege mandatum erat, *Rom: 13, 8.* Ergo novũ est renovatum, *ego hoc de novo vobis mando.*

3. *Christus, Matth. 5, legem correxit.* Resp. tantum à corruptelis Pharizæorum vindicavit.

4. *Addidit præceptum de adorando se.* Resp. Nequaquam, Nam. *Psi* 2, 12. *osculamini filium,* & 45. 12. *adora eum, quia Dominus tuus est.*

Controversia 1. de Sacerdotio.

An Christus verus fuerit Sacerdos, qui verum sacrificium obtulit, neque ob similitudinem aliquã & cũrã nostri, sic appelletur? Aff. 1. *Sac.*

Arg.

1. Sacerdotes V. T. tantum erant Sacerdotes quatenus erant typus Christi. Ille ergo verus Sacerdos, *Heb: 7, 15.* & 8, 2, 3.

2. Apostolus ex illa regula *omnis Sacerdos statuitur, ut dona & oblationes Deo offerat:* infert

ergo

ergo & hic debuit habere quod offerret. Heb. 8, 3. & 5, 1. 4, 5. Docet ergo ipsum vero Sacerdotem.

3. Verus est Sacerdos qui à Deo constitutus, veram ei Victimam offert. Hoc autem, facit Christus, *Heb.* x, 12. & ix 28. *Eph*; v. 2.

4. Christus ratione institutionis personæ, officii, & victimæ longe perfectior est Sacerdos, Ergo verum. Heb, 7.

Object.

1. *Sacerdos dicitur ob misericordiam.* Heb. 2, 17. R. Virtus hæc Personæ Sacerdotis est, non sacerdotium.

2. *Est Sacerdos quia interpellat pro nobis* R. Ea tantum altera officii pars est, quæ quanti quanta est oblatione nititur, 1 Joh, 2, 1. 2.

Controversia, 2. de Sacerdoto.

An *Christus non in terra, sed demum in cælis Sacerdos factus sit*? N. ex Soc.

Arg.

1. Omnis Sacerdos statuitur in terra ut victimas offerat, *ibid.* v, 1. Atqui sub illa regula expresse comprehenditur Christus, ibid, c, x. 11; *quamdiu fuerunt.*

2. Ubi sacrificium obtulit, ibi vere fuit Sacerdos, in terra autem Sacrificium obtulit, Eph, v. 2, Heb. 10. 14.

3. Di-

3. Disertè dicitur, non nisi peracto primum sacrificio, in cœlum ascendisse, *Heb.* 1, 3. *&* ix, 12. 28. *&* x, 11.

4. Sacrificium Christi una vice. seu semel, & simul peractum est. *Heb.* ix, 25. 28. *&* x, 12. Si vero esset intercessio pro nobis in cælis, sæpius interaretur.

Object.

1. Heb. 4. 14. *Habemus Pontificem magnum, qui cœlos penetravit.* Res. Peracto in terra Sacrificio.

2. Heb. 8. 4. *Si in terra esset, non esset Sacerdos.* Res. Post peractum Sacrificium, nam tunc in coelum ascendere debebat.

3. Heb. 5, 9, 10. *Postquam omnia fecerat, à Deo demum dictus est Sacerdos.* Res. Declaratus, & laudatus.

Controversia. 2. de Sacerdotio.

An Christus loco nostro pœnas peccatis nostris debitas sustinuerit, atque ita justitiæ Dei pienissimè satisfecerit? Aff. c. Soc.

Arg.

1. Christus tulit pœnas peccatis nostris debitas. Jes. liij. 5. 10. 11. 1 Pet. 2, 24. Gal. 3. 13.

2. Mortuus est pro nobis, & loco nostro Joh. x. 11, *&* xi. 50. 1 Pet. 3. 18.

3. Emit nos suo sanguine tanquam λυ-

λύτρον & ἀντίλυτρον. *Matth*; 20, 28. *Act*; 20, 28, 1 *Tim*; 2, 6, *Apoc*; 5, 9.

4 Etiam sanguine suo delevit nostra delicta, *Coll*; 2, 14. *Heb*; 1, 3. 1 *Joh*; 1. 7. *Apoc*. 1, 5.

5, Atque ita nos reconciliavit Deo, *Rom*; 3. 25. & 5. 10. 2 *Cor*; 5, 19.

Object.

1, *Nemo potest pro alio mori*, *Ezech*; 18, 20. Resp. Potest, si Deus eum Sponsorē statuat.

2, *Deus gratis remisit*, *Matth*; 18, 27. Resp; Quoad nos, qui nihil solvimus.

3. *Pœna corporalis in alium transferri non potest*, ℞ Potest, si Deo, & Sponsori ita visum sit.

4, *Pœna peccatorum est mors æterna; at illam Christus non tulit*. Resp. Tulit eandem mortem, quæ in damnatis æterna est, quia se redimere non possunt.

5, *Deus nos jam ante illam Satisfactionem amabat*. Resp. Amore benevolentiæ; ut judex tamen justitiam in nos exercere debuisset, nisi intervenisset Satisfactio.

§ III. Fructus satisfactionis Christi sunt. 1, Placatio Dei judicis, *Rom*; 5, 10. 2, Remissio peccatorum, *Eph*; 1. 7. (3) Liberatio ab inferno, & hostibus, *Rom*; 8, 1. (4) Acquisitio juris vitæ, *Apoc*; 5. 9.

Con-

Controversia, 4. de Sacerdotio.

An Christus nobis obedientiâ suâ jus vitæ æternæ meruerit, atque acquisiverit? Aff, c. Sot.

Arg.

1. Ea vita Christo sub conditione obedientiæ promissa erat, *Jes.* 53, 10; *Ps.* 2, 8. Conditione ergo præstita vitâ meritus est.

2. Lex de merito dicit, *fac hoc & vives, Rom.* 10, 5. Christus autem hoc fecit; ergo meritus est.

3. Qui acquisivit jus vitæ, ille meritus est: at Christus hoc fecit. ergo, *Rom.* 8, 3,

4. Christus expresse sub conditione meriti totam passionem suscepit, *Heb.* 12, 2.

Object.

1, *Salus datur ex gratia; ergo non ex merito.* R, Ex gratia nobis Mediator mittitur, meritum ejus donatur, & salus datur, quia nos nihil solvimus.

2, *Christus intercessit. & precatus est. Heb* 5. 7, R, Et hæc quoque pars meriti est; nam Deus volebat, ut omnem justitiam impleret

3, *Christus pro se debebat implere legē. Gal,* 4, 4, R, Neg, Est enim opus mediatorium, quod præstitit pro nobis: ut patet ex v. 5.

§ IV. Neque salutem tantum nobis meritus est, sed & omnem gratiam.

Con-

Controversia 9, de Sacerdotio.

1. An Christus nobis quoque meruit Spiritum regenerationis, & fidei? Aff. cs Rem.

Arg.

1. Meritus est nobis omnia promissa N. F, 2 *Cor.* 1 20. *Heb.* 8, 6. At sub iis etiam continetur promissio Spiritus fidei.

2. In Christo, & propter Christum nobis omnia bona Spiritualia dantur. *Eph.* 1, 3. Ergo meritus est.

3. Una oblatione nos perfectos fecit. *Heb.* 10, 14. Acquisivit ergo omnia necessaria.

4. Obtulit se eum in finem ut nos sanctificaret, & beatos. Joh. 17, 19. *Eph.* 5, 25, 26. Ergo meritus est.

Object.

1. *Fides, & resipiscentia sunt Actus noster, quem nemo potest mereri.* Resp. Etiam donum Dei *Eph.* 2. 8. Atque eatenus Christus ea meritus est.

2. *Fides est conditio, quam Deus à nobis postulat.* Resp. Lex postulat, sed Deus in N. F, propter satisfactionem Christi promittit.

3. *Deus nobis libere dat fidem, at tum deberet.* Resp. Ita etiam salutem. Voluntaria ejus obligatio, cum libertate non pugnat.

§ V. Quanquam *satisfactio* Christi possit dici *sufficiens* pro peccatis omnium, & singulo-

gulorum, si Deo ita visū fuisset; actu tamen tantū præstita est pro iis, qui salvantur.

Controversia, 2.

An Christus obedientia sua satisfecerit pro omnibus omnium, & singulorum hominum peccatis? Neg. c. Pontif. & Rem.

Arg.

1. Christus ut fidelis Pastor vitam deposuit; non pro lupis; sed pro *ovibus suis*: *Joh.* 10. 15. Pro *Ecclesia*; *Act.* 20. 28.

2. Christus ut Sacerdos non *sanctificavit* seu obtulit se pro omnibus, & singulis; neque illorum salutem petiit: *Joh.* 17. 9, 19.

3. Christus pro iis tantum mortuus est; pro quibus resurrexit: *Rom.* 4. 25. & 6: 4. Non resurrexit autem pro omnibus, & singulis; [illegible] *Joh.* [illegible]

4. Omnes, & singuli non sunt scripti in libro vitæ ipsius *Agni*, *Apoc.* 13. 8. Non posuit ergo animam pro iis; sed tantum pro iis, qui ipsi dati sunt à Patre, *Joh.* 6. 39.

5. Pro quibus Christus mortuus est, eos redemit à maledictione, *Gal.* 3. 13. atq; ira Dei; *Rom.* 5. 9. 10: Hoc autem non fecit omnibus, & singulis *Gal.* 3. 10.

6. Fœdus gratiæ non erat initum cum omnibus, & singulis; ut antea ostensum [illegible]

Non

Non potuit ergo ut Mediator istius fœderis pro omnibus illis mori.

7. *Si pro omnibus, & singulis mortuus esset Christus, pro multis frustra mortuus esset; contra. Gal. 2, 21.*

Object.

1. *Christus mortuus est pro toto mundo. Joh.* 3, 16. 1 *Joh.* 2, 2. R. Pro mundo salvandorum, *Joh.* 17, 23. Sic etiam 1 *Joh.* 2, 2. per Mundum intelliguntur qui salvantur ex gentibus.

2. *Mortuus est pro omnibus*, 1 *Tim.* 2, 6. R. Pro omnibus *suis*, cujuscunque generis sint. 1 Cor: 15, 22. *Omnes in Christo vivificabuntur.*

3. *Mortuus est pro iis, qui pereunt*, 2 *Pet.* 2, 1. R. i. e. qui externa Ecclesiæ membra erant, seque à Christo redemptos gloriabantur. ut, *Tit.* 1, 16.

4. *Ut omnes in Adamo peccatores statuuntur, ita omnes per Christum redimuntur. Rom:* 5, 19. Resp. Habetur, *justi constituentur*, quod non sit, confer. v. 17.

5. *Quisque tenetur credere Christum pro se esse mortuum, ergo est mortuus.* R. Non unquam se salvatum iri [illegible] thesis [illegible] debet credere verum esse, antequam Christum pleno animi consensu in [illegible] receperit.

Cont.

Controversia. 2.

An illud, quod Christus morte sua meritus est omnibus etiam applicetur? Aff. ex Remonst.

Arg.

1. Quicquid Pater Filio dat, ad ipsum venit, *Joh.* 6, 39.

2. *In omni sponsione* solutio applicatur personæ debitoris, ejusque debitis; ergo etiam debet sequi liberatio. *Rom*; 8, 1.

3. Quod per mortem *Christi*, impetratũ est alicui, id de jure ei negari non potest.

4. Finis mortis *Christi*, & Dei Patris ipsum mittentis, est applicatio: quo fine excidere non possunt, 2 *Cor*; 5, 15.

Object.

1 Joh. 3, 16. *Filium misit in mundum, ut omnis, qui credit salutem habeat*, Resp. Nec misit Filium pro aliis, quam quibus fidem, & salutem dat.

2 *Applicatio pendet ex nobis*, Resp. *Applicatio pretii ad personas* jam facta est in ipsa Christi solutione; *applicatio fructuum* pendet ex merito *Christi*, non ex arbitrio nostro.

§ VI. Altera pars sacerdotii *Christi Intercessio* inchoata est in terris, perfecta in coelis. Joh; 17. 1. In coelis continet. 1, *Exhibitionem* satisfactionis & *Voluntatem*, ut

quod

quod meritus est, nobis applicetur; 3. *Rejectionem accusationis* Satanæ *Heb.* [illegible] 24: 1 *Joh.* 2. 2. *Rom.* viij. 34.

VII. *Regium Christi officium* est potestas applicandi omnia, quæ meritus ad salutem eorum, pro quibus meritus est, & arcendi contraria. *Matth.* xxviij. 18.

VIII. Hac potestate Christus electis dat verbum, spiritum, fidem, constantiam, & salutem; *Joh.* x. 28. & xv. 16. 26.

Controversia. 1.

An Christus in terris Rex fuerit, an vero in coelis demum factus sit? Aff. prius: Neg. poster: c. Socin.

Arg.

1. Est natus Rex *Matth.* 2. 2. Venit ut Rex, *Matt.* xxi. 5. Fassus est se Regem *Joh.* 26. 18. 37. Rex gloriæ crucifixus est. 1 *Cor.* ij. 8.

2. Angeli serviebant ei, *Matth.* 4. 11. Adorabant ipsum ut Deum, & Creatorem suum. *Heb.* 1. 6.

3. Potestatem habebat in Diabolos. *Matth.* 8. 16. morbos. 10. 15. Ventos. 20. 27. mortem. [illegible] Et omnia. *Joh.* 3. 35.

4. Remisit peccata, *Matth.* 9. 6. Dimisit Spiritum. *Joh.* [illegible]

Ob-

Objectiones.

1, *Matth:* 28, 18. *Data mihi est omnis potestas*, Resp: i. e. Omnes potestates mihi jam *ut victori, & triumphatori* subjectæ sunt, quod tam ample non fiebat, dum in forma servi esset.

2, *Act*; 2 33. 36. *Deus ipsum Dominum fecit*, Resp: i.e. ad majorem gloriam evexit.

3. 1 *Pet*: 3 22. *Evectus in cœlum omnia ipsi subjecta sunt.* Resp. Ut victori, & triumphatori: Rex autem ante victoriam etiam Rex est.

Controversia. 2.

An Christus solus jam dominetur in Ecclesia, non vero Pater? Neg: c, Socin.

Arg.

1, Omnis gratia est à Patre, & Filio, 1 *Cor*: 1, 3. *Eph*: 1. 2.

2, Quamobrem etiam omnia dona petuntur à Patre, *Mat*: 6. 9. *Eph*: 3. 15.

3, Atque etiam laus, & gloria datur Patri, *Phil*: 4, 20. *Eph*: 5. 20.

4, Pater etiam nos trahit ex regno tenebrarum, *Coll*: 12, 13 *Phil*: 2, 12.

5, Pater, Filius, & Spiritus unum sunt. 1 *Joh*. 5. 7.

Objectiones.

1 *Matth*: 28. 18, *Mihi data est omnis potestas*, Resp. i, e. Non Patri solum, sed mihi potestates subjectæ sunt.

2. *Christus est omnia in omnibus*. *Col*: 3. 11. Resp: Sufficit omnibus ad salutem à Patre, & cum Patre, 1 *Cor*: 8. 6.

§ IX. Regnum Christi vel *gratiæ* est in quo regit per verbum, spiritum, Sacramenta divinâ potentiâ administrata; vel *gloriæ* est, quod jam in cœlis inchoatum, in die judicii complebitur.

§ X. Manebit ergo regnum Christi in æternum. 1. Ratione dignitatis personæ. 2. Ratione potestatis in angelos & fideles. 3. Honoris ab ipsis accipiendi, *Apoc*: 22. 3.

Controversia.

An Christi regnum in æternum duraturum sit? Aff. c. Socin.

Arg.

1. Ex appellationibus: dicitur *regnum æternum*, Luc. 1. 33. 2 Pet: 1. 11. *Thronus æternus*, Heb. 1. 8. *Potestas æterna*, Dan: 7. 14 *Dominium æternum*, Apoc. 11. 15.

2. Christus in æternum sedebit ad dextram Dei, *Psal*: 45. 7. *Apoc*: 3. 21. Hoc autem est summam sub Deo in omnia potestatem habere.

3, Chri-

3 Christus est Sacerdos in æternum, *Ps:* 110. 4 Manebit ergo vis, & gloria Sacrificii ejus in æternum.

4 Christus manebit Conservator, & Gaudium suorum in æternum, *Apoc:* 7. 17 Atque ipsi colent ipsum. *Apoc:* 22, 3.

Object.

1. *Regnum dabit patri, & tunc erit finis.* 1 *Cor:* 15. 24. Resp: Regnum est Ecclesia.

2. *Deus erit omnia, in omnibus,* 1 *Cor:* 15. 28. ℞. Etiam per Mediatorem Christum.

3. *Subjectus erit Patri, ibid:* Resp: Ut Mediator, sedens ad dextram Dei.

4. *Potestas Christi est tantum ad salutem fidelium.* Resp: Quia salus eterna est, etiam æterna esse debet Salvatoris potestas.

§ XI. Status Christi duo sunt. *Humiliationis, & Exaltationis.*

§ XII. Ad statum humiliationis personæ Filii pertinent. 1, Incarnatio. 2, Passio. 3. Crucifixio. 4. Mors. 5, Sepultura. 6. Descensus ad inferos.

§. XIII. Ad statum exaltationis pertinent. 1, Resurrectio è mortuis 2, Ascensio ad coelum. 3, Sessio ad dextram. 4, Adventus ad judicium.

§ XIV. Vere ergo Christus passus est in

anima; & tulit pœnas quas, damnati tulissemus. 1, Non quidem omnes. 2, Non tam diu. 3, Non in eo loco. 4, Non cum illis effectis. Sed tamen sensit justam Dei iram, quam nos peccatis meriti eramus, sibi Sponsori incumbentem.

Controversia, 1

An Christus non tantum in facultate sensitiva animæ, seu per compassionem passus sit, sed etiam in anima qua rationali? Aff: c. Pontif.

Arg.

1. Anima ejus tristis fuit usque ad mortem, *Matth;* 26, 38. *Joh;* 12; 27. Anxia, *Heb;* 5, 7.

2, Tulit iram Dei in anima rationali *Psal;* 22, 2. *Gal;* 3. 13.

3, Animam suam pretium posuit, atque in ea laboravit, *Jes;* 53, 10, 11.

4, Ut corrupti sumus in Adamo, ita restituti in Christo, *Rom;* 5, 19. Corrumpimur autem per peccatum animæ, ergo restituimur per passionem animæ.

5. Desertus est a Patre in consolatione, & gaudio, *Matth;* 27, 46 Ergo passus in anima.

Object:

1, 1 *Pet;* 2, 24. *Peccata nostra tulit in*

cor-

corpore. Resp; Non in corpore solo, sed & in anima.

2, *Eph*; 1, 7, *Redemptionem habemus per sanguinem, & mortem ejus.* Resp; Mors magna pars obedientiæ, non tota est; est etiam mors animæ, Scil; sensus iræ Dei.

3, *Anima Christi non peccaverat ergo non poterat mori*, Ezech; 18. 20. Resp. peccata nostra in se receperat, Jes; 53, 6.

4, *Judæi non crucifixerunt animam Christi.* ℞ Etiam passus est à Deo, Jes: 53. 4.

Controversia. 2

An ergo Christus vere dici possit in morte pœnas inferni tulisse? Aff: c. pontif:

Arg.

1, *Terrores inferni circumdederunt ipsum*, *Psal*: 18, 5, & 116, 3.

2, Christus liberatus est ex terrorribus inferni, *Psal*: 16, 10. & 86. 13. Et *Act*. 2. 24. *Secundum vulgatum versionem.*

3, Christus tulit maledictionem, *Gal*: 3. 13. Hæc autem est pœna inferni *Matth*; 25. 41.

4, Christus tulit omnes nostras pœnas, *Jes*; 53. 4, 5, 6. Ergo eas, quas in inferno tulissemus.

Object.

1. *Pœnæ Christi corporales sufficienter sunt meritoriæ.* Resp: Neg. debet adesse pœna animæ.

2. *Est contra dignitatem personæ.* Resp: Non magis, quam in corpore pati.

3, *Pœnæ inferni non sunt meritoriæ.* Resp: Non in damnatis, sed bene in Christo: ut nec pœna corporis in damnatis, sed in Christo.

4, *Debemus Christum in passionibus imitari, in his autem non possemus.* Resp. 1, Imitari non debemus quatenus sunt meritoriæ. 2, Imitamur tamen suo modo, ferendo iram Dei paternam, *Psal:* 88. 16, 17.

Controversia. 3.

An Christus sibi meritus sit beatitatem, seu gloriam cœlestem? Neg: c. Pontif.

Arg.

1. Omnis obedientia Christi est mediatoria, à Christo, ut Mediatore præstita, *Heb:* 10, 9. *En adsum, voluntatem tuam faciam.* Pro nobis autem, non pro se Mediator est, 1 *Tim:* 11. 5, 6.

2, Non est mortuus pro se: sed *quod mortuus est, peccatis mortuus est, Rom:* 6 10 Nihil ergo sibi meritus est; quia nullum

ejus

ejus meritum sine morte est, *Heb*: 2. 10. *Sanctificatus per passionem.*

3. Ante omne ejus meritum erat *heres omnium*, *Heb*: 1. 2. Hereditas autem merito non acquiritur.

4. Omnis gloria personæ illi, ut filio Dei, sine ullo merito debebatur. Quamobrem gloriam petens non merito acquisitam petiit; sed quam habuit ab æterno, *Joh*: 17. 4.

5. *Factus est sub lege, ut eos, qui sub lege erant redimeret*, non pro se, *Gal*: 4 4. *Rom*: 8. 3. Nam pro se erat Dominus legis, *Marc*: 2. 28. *Heb*: 5. 8.

6. Finis missionis, & adventus Christi est, *ut misericors sit Sacerdos*, *Heb*: 2. 17. ut animam λύτρον ponat *ver*. 14, *Matth*: 20. 28. Non ergo pro se.

7. Si Christus id pro se debuisset, certe magna ei gratia facta esset, quod id ut λύτρον pro nobis solvere posset.

Object.

1. *Phil*: 2. 9. *Propterea Deus ipsum exaltavit.* Resp. Declarando, & manifestando, quis sit, & quid pro suis præstiterit, ut *Matth*. 17. 25.

2. *Heb*. 12. 2. *Pro gaudio sibi proposito crucem*

sustulit, v. i. e pro gloria ex eo consecutura, quod Ecclesiam salvaverit, ut *Heb*: 2. 6.

3. *Luc*: 24. 26. *Debebat pati, & tum demum in gloriam intrare*. Resp: Palam est, quod non *debebat pati* pro se, sed pro nobis: adeoque dicitur quid *ordine*, non quid *merito*, Mediatori eventurum esset.

Controversia 3.

An Anima Christi post mortem descenderit ad limbum aliquem Patrum, vel purgatorium? Neg: c. Pontif.

Arg.

1. Anima Christi à puncto mortis ascendit in paradisum. *Luc*: 23. 43.

2. Christus totum opus salutis nostræ perfecit, & clausit Sacrificio mortis suæ, *Heb*: 10. 14.

3. Non datur talis limbus, adeoque non potuit Christus eo descendere.

Object.

1. *Act*. 2. 27. *Ps*. 16. 10. *Non relinques animam meam in inferno*. i. e In doloribus inferni; non post, sed ante mortem perpessis.

2. *Matth*: 12. 40. *Per triduum in ventre terræ*. Resp: i. e. corpore in sepulchro.

3. 1 *Pet*. 3. 19. *Prædicavit spiritibus in carcere*. Resp. Prædicavit illis *per Noachum*, cum

cum in vivis essent (uti additur) qui *jam in carcere erant.*

4, *Rom*: 10. 6. *Quis descendet in abyssum, i. e. Christum à mortuis revocare.* ℞, De Christo nihil dicitur, nisi quod mortuus sit. *Quis descendet*, est mala quæstio infirmorū.

§ XV. Resurrectio est actus officii Regii; estque. 1. Victoria mortis, 2. Signum amplissimæ satisfactionis, 3. Adeoque absolutio ipsius Christi, & nostrum omnium in ipso. 4. Proximus gradus ad gloriam, Rom: 4. 25, & 6, 4.

Controversia.

An Christus propria sua potentia resurrexerit è mortuis? Aff: c, Socin.

Arg.

1. Christus dixit quod templum corporis sui fractum, ipse restitueret. *Joh*: 2, 19.

2. Potestatem habet vitam ponendi, & iterum assumendi: *Joh*: 10, 17, 18,

3. Christus habet claves mortis, ac inferni. *Apoc*: 1, 18. Potest ergo ipse eam superare.

4. Si suscitatus esset, & non propria potentia resurrexisset, non vicisset mortem, contra, *Jes*: 25, 8.

5. Christus est resurrectio, & vita.

Joh: 11. 25. Quod non esset, si ipse resurgere non potuisset.

Object.

1. *Dicitur à Patre suscitatus esse, Act:* 2. 24 Resp: Potentia Patris, est potentia Filii, 2. Dicitur à Patre suscitatus, in quantum à Patre è morte, velut è carcere dimissus est.

2. *Nemo potest seipsum suscitare.* Resp: Nisi qui est θεάνθρωπος.

§ XVI. Ascendit autem. 1. Visibiliter 2. Vera loci mutatione. 3. Ut pro nobis compareret coram Deo.

§ XVII. Sedet ad dextram Dei, quo continetur. 1. Glorificatio corporis ejus 2. Clarior apparitio divinitatis. 3 Coronatio Christi Mediatoris, & collocatio ejus in throno majestatis, & potestatis supra omnes creaturas, *Apoc:* 3. 21.

Controversia.

An Christus corpore suo non tantum in cœlis sit, sed etiam in terris, ubique? Neg: c. Luth:

Arg.

1. Ivit ad Patrem, & reliquit mundum: ergo corpore suo in eo non est, *Joh.* 16. 28.

2. Diserte dicitur in terra non esse, *Heb:* 8. 4.

3. Ideo-

3. Ideoque cum falsi prophetæ dicerent, *illic est Christus, hic est Christus,* non vult id credi, *Math:* 24. 26.

4, Cœlum debet ipsum recipere usq; ad tempus judicii, *Act:* 3. 21.

5, Si corpus Christi esset ubique, videri non posset, contra, *Apoc:* 1. 7.

6, Nec nostra corpora glorificato corpori Christi similia fieri possent. contra, *Phil:* 3. 21.

7. Daretur penetratio dimensionum.

Object.

1, *Christus sedet ad dextram Dei: ergo est ubique.* Resp. Sedere ad dextram Dei non respicit locum, sed statum, & honorem sub Deo summum.

Controversia. 2.

An Christus in cælo verum corpus, & sanguinem habeat? Aff: c. Socin:

Arg.

1, Christus in coelis est verus homo; habet ergo carnem, & sanguinem, *Luc:* 24. 39.

2, *Filius hominis* sedet ad dextram Dei, & ille *ipse ut talis* veniet in nubibus: habet ergo verum corpus, *Math*: 26. 64. *Luc:* 21. 27.

3, Si

3. Si idem illud verum corpus non haberet, non posset ei in cœlo dici, *tu es Agnus mactatus, qui nos emisti tuo sanguine*, contra, *Apoc:* 5, 9.

4. Nostra corpora fient similia corpori Christi. *Phil:* 3. 21. Nos autem carnem, & sanguinem habebimus. 1. *Cor:* 15. 53.

5. Non esset idem ille Christus, nisi haberet idem corpus.

Object.

1. *Caro, & sanguis non potest possidere regnum cœlorum*, *Cor:* 15, 50. Resp. Ita ut hic sunt, infirmitatibus, & corruptioni subjecta.

2. *Secundus Adam est Dominus de cœlo, cœlestis*. 1. *Cor:* 15, 47. Resp. i. e. gloriosus, incorruptibilis, uti & nos erimus.

3. *Venter escæ, & esca ventri, Deus utrumque in nihilum redigет*. 1 *Cor:* 6, 13. Resp. Quod ad usum, quem hodie habent.

Caput

Caput XII.

DE CONVERSIONE, & FIDE.

§ I. NOmina hæc: *Vocatio, regeneratio, resipiscentia, conversio, pœnitentia*, aliquando *late* sumuntur, atque ita unum, & idem notant; aliquando *stricte*, atque ita.

Vocatio, est invitatio hominis ad salutem,

Regeneratio, est hominis mortui vivificatio.

Resipiscentia, est ad saniorem mentem reditio.

Conversio, est vitæ mutatio, & emendatio.

Pœnitentia, est dolor de peccatis commissis.

§ II. Vocatio, voce *late* sumpta, est actio Dei, qua hominem è statu peccati, per prædicationem verbi, & virtutem Sp. S. deducit ad statum gratiæ. *Col*: 1, 12, 13.

§ III. Qua in re hæc tria sunt distinguenda. 1. Externa propositio officii hominis, *Act*. 17, 30. 2, Animus Dei in-

internus hominem convertendi, *Jes:* 55. 11, 3, Interna cordis mutatio per spiritum, *Joh:* 6. 44.

§ IV. Externa illa vocatio, seu *propositio officii, promissio præmii,* & *invitatio* ad illud utrumque, fit quidem mandato Dei, proprie tamen *non est actio Dei,* sed *Ministrorum* ejus. Interna tractio autem proprie, & sola Dei actio est, 2 *Cor:* 4. 6, 7.

§ V. Illa Dei actio vocatur, 1, Regeneratio, *Jac:* 1. 18. 2, Creatio, & vivificatio, *Eph:* 2. 5. 3, Circumcisio cordis, *Deut:* 30, 6. 4, Novi cordis datio, *Ezech:* 36, 26. 5, Tractio, *Joh:* 6, 44.

§ VI. Hujus actionis effectum primum, & proprium, est mutatio cordis humani, seu vita spiritualis, quæ ordinarie *Regeneratio* dicitur.

§ VII. Illa Regeneratio autem, 1, Fit in instanti. 2, Est imperfecta. 3, Extingui non potest, 1 *Pet.* 1. 23.

§ VIII. Continet vero mutationem totius hominis: puta, intellectus, voluntatis, conscientiæ, affectuum, potentiarum, atque inde etiam actionum externarum, *Eph:* 4. 24.

§ IX. Quæ mutatio aliter se habet in *Infantibus*

fantibus, ubi solo spiritu perficitur; aliter in *Adultis*, ubi Deus legem, & Evangelium adhibet.

§ X. Lex in conversione hominis hæc quinque facit, 1. Officium injungit, *Act*: 3, 19, 2. Necessitatem ostendit. *Matth*: 3, 10. 3. Peccati convincit. *Rom*: 2, 10, 4. Pœnam interminatur, 2 *Cor*: 3, 6, 5. Atque eo conscientiam pungit, & vexat. *Act*. 2, 37. Atque ita Pædagogus ad Christum dici posset.

§ XI. Evangelium etiam hæc. 5. facit, 1. Mediatorem offert, 2 *Tim*: 1, 15. (2) Medium docet. quo ejus compotes fiamus. *Marc*: 1. 15, (3) Salutem promitti ei, qui Mediatorem recte recipit. *Marc*: 16, 16, (4) Dicit Deum & unum, & alterum daturum, *Heb*. 8, 10. (5) Atque eo modo fidem gignit, *Gal* 3, 2,

Controversia, 1.

An omnes homines externe sufficienter vocentur ad salutem, seu externa media habeant sufficientia ad salutem? Neg. c. Socin. & Remonst.

Arg.

1, Non omnes vel legem, & Evangelium habent. *Ps*: 147. 20. Ergo non gratiam sufficientem, *Rom*. 10, 14, 15.

2. Deus eos ſivit ambulare in viis ſuis. *Act.* 14, 16. Quæ erant ignorantiæ. *Act.* 17. 30. Et tenebrarum, *Col.* 1, 13.

3. Atque ideo plurimæ gentes alienæ fuerunt à fœderibus Dei, ſive ſpe ſalutis, *Eph:* 2, 12.

4. Deus noluit Apoſtolos prædicatum ire in urbes Samaritanorum, *Matth;* 10, 5, In Aſiam, *Act;* 16, 7.

5. Repugnat experientiæ.

Object.

1, *Actor,* 14, 17. *Deus non ſivit ſe* ἀμάρτυρον. Reſp: Eſſe ſe & colendum; quod non ſufficit, niſi doceantur, quomodo eum colere debeant.

2. *Rom.* 1, 20, *Quod de Deo cognoſci poteſt, illis manifeſtum eſt,* Reſp, Per naturam, quod non ſufficit ad ſalutem, *Heb;* 11, 6.

Controverſia, 2.

An omnes homines habeant gratiam ſufficientem internam? Neg. c. eoſdem.

Arg.

1, Qui Chriſtum non habet, non habet gratiam ſufficientem: non omnes autem habent. *Joh,* 15, 5, 1 *Joh.* 5, 12.

2, Multi ſunt ſub dominio, & poteſtate Diaboli, nec ſe extricare poſſunt, *Col;* 1, 13.

13, 2 *Tim*; 2, 26. 2 *Cor*. 4, 4. *Jer*. 10, 23.

3. Multi spiritualiter mortui sunt, *Eph*; 2, 5, *Col*. 2, 13. Mortui autem nihil possunt

4. Nemo *potest* venire, nisi efficaciter trahatur, *Joh*; 6, 44. 65. Convertatur. *Thren*: 5, 21. Potentiam ergo veniendi, seu credendi sufficientem non habet.

5; Diserte de quibusdam dicitur, quod potentia bene agendi in illis nulla sit, *Jer*. 13, 23, *Joh*. 12, 39, 1 *Cor*. 2, 14. *Tit*, 1, 16.

Object.

1. *Quid amplius faciam vineæ meæ?* *Jes*. 5, 4, Resp. Nec de omnibus, nec de gratia interna agitur. Sensus est, *exscindam*. vers. 5.

2, *Habent liberum arbitrium*, Resp, Non ad bona spiritualia.

Controversia. 3.

An omnes, qui externe vocantur per verbum, etiam interne à Deo vocentur? *Neg*. c, *eosdem*.

Arg.

1. Aliquibus datum est nosse mysteria coelorum, multis non datum est, *Matth*. 13, 11. Sed occultatum, *Matth*. 11, 25.

2, Multi habent velamen in corde, & sensus induratos, 2 *Cor*. 3, 15, *Rom*; 11, 8.

3. Su

3. Si omnes interne *audivissent*, & *docti essent* à patre, omnes *venirent*. *Joh*: 6, 45. *Jes*. 55, 11. Non omnes autem veniunt.

4. Tum non opus esset longo tempore in docendo perseverare, *si forte Deus aliquando conversionem det*, contra, 2 *Tim*: 2, 25.

Object:

1. *Deus eos vocat externe, ergo etiam interne*. Resp. Externa vocatio non est actio Dei; sed hominis, ex mandato Dei.

2. *Ergo externa vocatio non est beneficium* Resp. Est quia est manifestatio veritatis. Beneficium est, quod lolium cum tritico adolescat.

3. *Ergo Deus illudit homini*. Resp. Neg. quia externe non vocat, sed tantum ei officium suum praescribi curat.

4. *Ergo culpa non est penes homines, cum non auscultant*, R. Est: quia ex amore mundi & peccatorum auscultare nolunt.

Controversia. 4.

An ergo soli electi vocentur interne? Aff, c, *eosdem*.

Arg:

1. *Quos praedestinavit, eos vocavit, quos vocavit, justificavit. Rom*: 8, 28.

2 Soli

2. Soli electi audiunt, & docentur à Patre, atque ad Christum veniunt. *Joh*: 6, 45. *Doceri* autem & *audire à Patre*, est interne per *Sp*. vocari.

3. Soli electi accipiunt spiritum regenerantem: ergo soli interne vocantur. *Gal*: 3, 25 & 4, 6. 2 *Cor*: 3. 3.

4 Omnes interne vocati, salvantur, *Heb*: 9, 15. *Rom*: 8. 30 Quia *Deum vocationis ejus non pœnitet*, c. 11, 29.

5. Ita vocati sunt *dilecti, sancti*. *Rom*: 1, 7.

Objectiones.

1. *Multi reprobi resistunt motibus internis Spiritus sancti*. *Act*. 7, 51. ℞. Sunt motus conscientiæ peccati convictæ, non Spiritus regenerantis.

2. *Multi abjiciunt bonam conscientiam*. 1 *Tim*: 1, 19. ℞. Cum abjiciunt veritatem contra conscientiam, de ea convictam. Quæ nondum est interna Spiritus S. vocatio.

§ XII. Distinguitur conversio in *primam* quæ est actio solius *Dei*, & datio novæ vitæ: & *secundam*, quæ est actio hominis jam per Spiritum regeniti, amplexantis virtutem, & fugientis peccatum. *Thren*: 5, 21, *Cant*: 1, 4.

§ XIII. Estque hæc regeneratio opus Christi

Christi, 1. Qua Dei, 2, Qua mediatoris Idque, 1, Merito ejus, *Tit.* 2, 14, (2) Ad imaginem ejus, 2 *Cor.* 3, 18, (3) Intecessione ejus, *Joh.* 17, 19, (4) Donatione ejus qua Regis, & Prophetæ. *Eph.* 4, 7, 8,

Controversia, 1.

An voluntas necesse habeat regenerari? Aff. c, *Soc.* & *Remonst*.

Arg.

1, quia plane est corrupta, cor lampideum, *Ezech.* 36, 26, *Jer.* 13, 23.

2, Quia virtutes debent infundi, *Rom.* 5, 5, *Charitas in cordibus effusa per Sp, S.*

3. Imo plane cor novum dari, *Ps.* 51, 12.

4, Deus *velle bonum* in nobis operari debet; *secundum bene placitum suum*, non nostrum, *Phil.* 2, 13, *Ps.* 8, 2, & 119, 36.

Object,

1. *Essentia voluntatis consistit in libertate*, Resp. Naturali ad naturalia, non supernaturali ad supernaturalia.

Controversia. 2,

An verbum Dei ab irregenitis ante conversionem salutariter audiri possit.? Neg. contra eosdem.

Arg,

1. Homo irregenitus non percipit ea, quæ

quæ sunt Spiritus Dei, nec potest. 1, Cor: 2, 14.

2, Evangelium non est potentia ad salutem, nisi credenti, *Rom.* 1, 16, 1 Cor, 1, 24, 1 *Pet.* 2. 7.

3, Si salutariter verbum audietur, Deus debet aperire corda, *Act.* 16, 14.

4. Nemo potest dicere Jesum Dominum, nisi per Spiritum, 1 *Cor.* 12, 3. Ergo nec verbum salutariter audire.

5. Auditio non est salutaris, nisi Deus intus conversionem det, 2 *Tim.* 2, 25.

6. Omnis verbi prædicatio, & auditio frustra est, nisi Deus incrementum det, 1 *Cor.* 3, 6, 7, 9.

Object.

1, *Cur ergo ipsis prædicatur.* R. Si forte Deus eo medio ad conversionem uti velit, 2 *Tim.* 2, 25. ut ante dictum; *Lazare prodi.*

2, *Est medium regenerationis*, R. Morale: nihil ergo potest ante regenerationem.

§ XIV. Ad regenerationem ergo nullæ sunt dispositiones. 1. In infantibus, 2. In adultis *nulla ab homine*, 3. Neque à Deo ante principium vitæ: sed bene in adultis 1, Sunt occasiones regenerationis. ut Act. 16, 14. *Auditio verbi.* 2, Sunt præ-

præparationes ad secundam conversionem, quæ est firmum hominis propositum emendandi vitam, ut *Act*, 2, 37.

Controversia, 1

An tota Dei actio in conversione hominis non sit nisi moralis; sc. illuminatio, & suasio per verbum? Neg. An vero Deus actione spirituali physica novam vitam infundat? Aff: c, Remonst. & Socin.

Arg.

1. Dare cor novum, regenerare, mortuum vivificare, non sunt actiones *morales* sed *physicæ*. Hoc autem *Deus* agit in conversione hominis, *Ezech*: 36. *Joh*: 3, 3. *Eph*: 2.

2. Tum præter propositionem verbi non requireretur alia Dei actio, contra, 1 *Cor*. 3, 6, 7, 9. 2 *Tim*: 2, 25.

3. Deus dicitur hominem *potenter trahere, fidem in eo operari*, & bonam voluntatem *Joh*: 6, 44. *Eph*: 1, 19. *Phil*: 2, 13. Quod est physice operari.

4. Tum homo seipsum *discerneret*, contra, 1 Cor; 4. 7.

5. Tum Deus nihilo plus ageret in Juda non converso, quam in Petro converso. Quoniam utrique eadem suadet, contra, *Matt*; 18, 11.

Ob-

Objectiones.

1, *Deus mandat, & suadet resipiscentiam* R. Externe; sed interne efficaciter operatur.

2, *Ergo Dei culpa est, quod multi non convertantur*, R. Neg. nulli enim debet gratiam; neque illi etiam converti nolunt.

Controversia. 2

An Gratia conversionem operans sit irresistibilis, i. e. An Deus eo modo, & ea potestate conversionem hominis operetur, ut homo eam impedire nec velit, nec possit? Aff. c. Remonst.

Arg.

1. Homo nec vult, nec potest resistere, nisi per *cor lapideum*; hoc autem in conversione aufertur, Jer. 31, 33. *Ezech*; 36, 26.

2, *Deus ea potentia, qua suscitat mortuos* nos regenerat. *Eph.* 1, 19. *Col.* 1, 13, 2 *Thess.* 2, 13. Mortui autem excitationem dei impedire non possunt.

3, Deus non tantum *potentiam* credendi operatur, sed & *voluntatem*, & *fidem ipsam*; ergo homo nec vult, nec potest impedire, *Phil.* 1, 29. & 2, 13, *Eph*; 2, 8, Habet enim aliam potentiam, & alium animum. 4. Con-

4. Converſio hominis eſt nova generatio. & ſuſcitatio à mortuis, homo ergo eam non magis impedire poteſt, quam generationem ſuam, aut ſuſcitationem è morte, *Joh.* 3, 3, & v. 25. *Eph.* 2, 5.

5. Si homo impedire poſſet, ſemper impediret: quoniam naturâ ſuâ bonum odit, *Rom.* 8, 7. *Col.* 1. 21.

6. Si homo poſſet converſionem impedire; tum omne conſilium Dei poſſet irritum facere. cont. *Eph.* 1, 11. Et Deus falli in praeſciendo. con. *Act.* 15, 18.

Object:

1, *Deus ſerio multos voluit convertere, qui tamen converſi non ſunt.* Jeſ. 65, 2, 3, Reſp, De externis mediis, non de interna Dei actione agitur, *Ut & reliquis in locis, objici qua ſolent.* *Luc*; 7, 30. *Act*; 7. 51. *Prov*; 1, 24. &c.

2, Oculos *habent ad videndum, & tamen non vident.* *Ezech*; 12, 2, Reſp; Habebant oculos ad videndum mala, quae ipſis imminebant. Nequaquam agitur de gratia converſionis.

3, *Pſ*; 81, 14, *Deus optat converſionem eorum, qui tamen converti nolunt*, Reſp. Dicitur: *ô Si mihi obedientes fuiſſent*, Scil. feliciſſimus ipſorũ ſtatus fuiſſet · 4. *Ergo*

4, *Ergo conversio non est actus obedientiæ*, Resp: conversio *prima* donum Dei est, non actus obedientiæ; *secunda*, est.

Controversia. 3.

An homo ergo in prima regeneratione se habeat mere passive? Aff: c. Socin. & Remonst.

Arg.

1, Omnis mortuus in resuscitatione se habet passive; ita autem homo est in regeneratione, *Eph*: 2, 5. *Coll*; 2, 13.

2, Qui regeneratur plane ineptus est ad ullum bonum, 2 *Cor*; 3, 5. Non potest igitur se aliter, quam passive habere.

3, Si active se haberet, id faceret bono corde; at in regeneratione primum ei datur novum cor, *Ezech*. 36. 26.

4, Si active se haberet, seipsum discerneret. contra 1 *Cor*. 4. 7. Nec Deus inciperet in illo bonum opus. contra, *Phil*: 1, 6. *Rom*; 10, 20.

Object.

1, *Ergo homo est stipes*, ℞. Ne est creatura rationalis, sed in peccatis mortua.

2, *Sumus Dei coadjutores*], 1 *Cor*; 3, 9. ℞ Agitur de Ministris, qui ratione prædicationis Evangelii ita appellantur.

3, *Deus tantum juvat*, *Rom*; 8, 26. ℞.

Agitur de conversis, non de convertendis.

4. *Tum nullis laus conversionis.* Resp: Omnis gloria primæ conversionis Deo debetur.

Controversia. 4.

An gratia conversionis ideo sit efficax, quia Deus eam tali tempore, & loco, atque in iis circumstantiis adhibet, in quibus scit hominem suasioni obsecuturum (quam vocationem congruam vocant) *Neg: Pontif: & Remonst:*

Arg.

1. Tunc omnino conversio esset *volentis, & currentis*, contra, *Rom:* 9. 16. 1 *Cor:* 4. 7.

2. Locus, & tempus hominem non convertunt, sed Deus, 2 *Tim:* 2. 25.

3. Qui hominem convertit *efficaci operatione*, non congrua suasione, *Eph:* 1, 19.

4. Tunc homo suis viribus veniret, non traheretur, contra. *Joh:* 6. 44.

5. Tunc omnis culpa non conversionis hominis esset, quod Deus eum non debito tempore, & loco vocet.

Controversia, 5.

An gratia Dei determinet ipsam voluntatem ad actus suos? Aff: c. Pontif: & Remonst:

Arg.

Arg.

1. Deus pro suo beneplacito dat ipsum credere,& ipsum velle, *Phil:* 1. 29. & 2. 13. Et operatur in ipsis bonum, *Heb:* 13. 21.

2. Deus omne beneplacitum bonitatis suæ,&opus fidei complet potenter, 2 *Thess:* 1. 11. *Col:* 1, 20.

3. Inde fideles orant ut Deus flectat, & inclinet corda eorum. *Ps:* 68, 11. & 119, 36, *cant.* 1, 4.

4. Inde fidelibus dicitur dari ut crescant. *Ps:* 92, 14, *Joh:* 15, 16. 1 *Cor:* 3,6. Et Deus ipsis bona opera præparasse. *Eph:* 2, 10.

5. Nisi Deus determinet, incerta esset ejus præscientia, prædestinatio, & omnia.

Object.

1. *Tum perit omnis libertas hominis.* Resp. Neg. homo liber est ut causa secunda, non ut causa prima.

2. *Tollitur studium bonorum operum.* Resp. Neg. excitatur studium semper habendi auxilium Dei.

§ XV. Fides est virtus spiritualis, qua homo totum Dei verbum pro vitæ canone, & Christum pro Salvatore accipit, *Joh.* 1, 12, & 3, 33.

§ XVI, Ad questionem *an fides præce-*

 dat

dat pœnitentiam? Resp; 1, Fides qua credimus Deum esse. 2, Virtutem esse colendam. 3. Nos peccatores. 4, Mortem æternam meritos: præcedit pœnitentiam. Sed fides qua Christum Mediatorem recipimus pœnitentiam sequitur, *Act;* 2, 37.

§ XVII, In hac fide justificante tria probe distingui debent. 1, Consensus animi, Christum veluti pro Sponso, & Domino, contractu recipientis. 2 Ex eo assentiri quod Christus jam noster sit. 3, Et propterea omnem fiduciam in eo collocare, *Joh:* 1, 12: *Gal:* 2, 20.

§ XVIII. Neque opus est hanc fidem, vel in intellectu, vel in voluntate collocare; cum posse aliquid credere sit distincta animæ potentia.

Controversia, 1.

An Charitas sit forma fidei, seu an fides consistat in obediendis præceptis Dei? Neg; c. Pontif; & Socin.

Arg.

1, Sunt diversæ virtutes: 1 *Cor;* 13, 13.

2, In justificatione opponuntur, *Non per opera, sed per fidem, Rom:* 3. 28.

3, Fides est causa charitatis, & operum, *Gal:* 5, 6. 1 *Tim;* 1, 5.

Ob-

Object.

1, *Hac est fides, per quam placemus Deo, Heb;* 11, 6. R. Illa fides obedientiam producit, sed obedientia non est.

2, *Contrarium fidei est inobedientia, Joh:* 3, 36. Resp; Inobedientia omni virtuti opponitur, ita etiam fidei.

3, *Fides perfecta est ex operibus,* Jac: 2, 22. Resp; Ergo distincta est ab operibus; sed ostendit perfectionem suam ex eo, quod opera producat.

Controversia. 2,

An ad fidem etiam requiratur notitia, seu cognitio rei creditæ? Aff. c. Pontif;

Arg,

1, Ignorantia in credentibus ut vitium reprehenditur, 1 *Cor;* 14, 20. Scientia mandatur, *Coll;* 3, 16.

2, Omnis credens debet scire *cui, & quid* credat, 2 *Tim;* 1, 12. *Jes;* 53, 11, *Joh;* 17, 3.

3, Fides est ex auditu, & intelligentia verbi Dei, *Rom;* 10, 17. Ergo non sine cognitione.

4, Fidelis debet fidei suæ confessionem, & rationem dare posse, 1 *Pet;* 3, 15. *Rom:* 10, 10.

Object.

1. *Notitia distinguitur à fide, 1 Cor* 13, 2.
R. 1 Agitur de fide miraculorũ, 2, Etsi distinguatur, non tamen notitia à fide separatur.

2. *Fides credit testimonio Testantis*. Resp. Intelligit ergo quid ille testetur.

3. *Fides est gradus ad notitiam*. Resp. De experimentali conceditur.

4. *Ingenium nostrum captivum facere debemus. 2 Cor:* 10, 5. Resp: Eatenus, ut assensum praebeamus illis, quae verbo Dei nobis explicantur.

Controversia. 3.

An ad fidem quoque requiratur fiducia, seu firma animi persuasio, promissiones Evangelii ad nos in Christo pertinere? Aff: c. Pont.

Arg.

1. Mandatur hoc in fide *Matth:* 9, 2, 22. *Heb:* 10, 22, *accedamus cum fiducia.*

2. Laudatur, atque exemplis commendatur, *Rom:* 8, 3.8. 2 *Cor:* 5, 1, *Gal:* 2, 20. 2 *Tim:* 4, 8. 1 *Joh:* 3, 2.

3. Inde diffidentia reprehenditur. *Mat:* 14, 31, Jac: 1, 6.

4. Alioqui fides non posset operari pacem conscientiae, & gaudium. contra *Rom:* 5, 1, 1 Pet: 1, 8.

Ob-

Objectiones.

1. *Fides de persona, & Deitate Christi justificat, ergo non requiritur fiducia. Marc: 16, 16, Rom:* 10. 9. Resp, cum unus articulus ponitur, alter non excluditur.

2. *Fiducia est effectum fidei, Eph:* 3, 12. Resp: Conjunctum tamen. Est effectum illius fidei, qua ego recipio Christum pro meo Mediatore.

3. *Fiducia est spes.* Resp: Est commune adjunctum spei, & fidei. *Heb:* 4, 18, 19.

4. *Fiducia erat in illo impio Pharizæo. Luc.* 18, Resp: Non fiducia, sed præsumptio.

Controversia. 4.

An vera fides possit esse sine Charitate, & bonis operibus? Neg: c. Pontif.

Arg.

1. Fides purgat corda, *Act:* 15, 9. Producit Charitatem, *Gal,* 5, 6. 1 *Tim:* 1, 5.

2. Ubi Charitas non est, ibi vera fides non esse dicitur, *Jac:* 2, 20, 26, *Mendax est, qui dicit novi eum, & præcepta non observat,* 1 *Job:* 2, 4.

3. Fides cogit fideles ad bona opera, 2 *Cor:* 5, 14, 15, *Ps:* 103, 1, 2, *Qui fatetur Jesum filium Dei, Deus manet in eo, & ipse in Deo.* 1 *Job:* 4, 16.

4, Per fidem inserimur Christo, *Eph*; 3, 12. qui autem in Christo est, fructus profert, *Joh*; 15, 5. 2 *Cor*; 5, 17.

Object.

1 *Joh*; 12, 42, 43. *Crediderunt in Christum sed magis dilexerunt gloriam hominum, quam Dei.* Resp; Illa tantum erat fides historica, qua credebant Christum esse promissum Messiam.

2, 1 *Cor*; 13. 2. *Si fidem habeam, & charitatem non habeam.* Resp; Intelligitur fides miraculorum.

3, *Jac*; 2, 14. *Si dicit quod fidem habet, & opera non habet.* Resp; Si quis hoc dicit, id fallo dicit, ut evincit Apostolus, Ibid. v. 17.

Controversia, 5

An fidelis sua fidei, resipiscentiæ, remissionis peccatorum, & salutis certus esse possit? Aff; c. Pontif.

Arg.

1, Quisque scire potest quid sit in corde suo, 1 *Cor*; 2, 11. Nos scimus quod regeniti sumus, 1 *Joh*; 3, 14.

2, Fideles monentur ut se suæ fidei & salutis certiores faciant, 2 *Cor*; 13, 5. 2 *Pet*; 1. 10.

3, Spiritus testatur cum spiritu illorum illos

illos esse filios Dei, *Rom*; 8, 16. 2 *Cor*; 1, 22.

4, Signa dantur ex quibus fidei nostræ certi esse possumus, 1 *Joh*; 4, 13. & 2, 29.

Object.

1, *Non habetur in verbo Dei mihi remissa esse peccata.* ℞ Habetur in corde ex verbo Dei. Ut nec habetur me esse peccatorem.

2, *Cor astutum est, quis scrutabitur*, Jer: 17. 9. Resp, Et Deus, & homo cor suum scrutari potest, *Luc*; 12, 57.

3, *Cur ergo petimus remissionem peccatorum?* Resp; Cur petimus vitam? Petimus ut in illo statu maneamus.

4, *Nemo potest dicere ego sũ purus, Prov*; 20, 9. ℞ Purus est perfectus; qualis nemo est.

Controversia, 6.

An fides sit habitus permanens, non tantum actus? Aff: c. Remonst.

Arg:

1, Infunditur, & donatur per Spiritum; ergo est habitus, *Eph*, 2. 8. 2 *Cor*; 4, 13.

2, Fides manet in homine: hoc autem proprium est habitus, *Joh*; 15, 4.

3, Est principium operationis, *Gal*; 5. 6, 22. 2 *Cor*; 5, 7.

4, Est virtus: omnis autem virtus est habitus, 1 *Cor*; 13, 13. 1 *Tim*; 6, 11.

5. Habet suos gradus, incrementum, & decrementum: Est ergo habitus. *Rom*: 12, 3. *Col*: 1, 23.

6. Cæteroqui homo dormiens non haberet fidem.

Controversia. 6.

An ergo dentur habitus infusi, & fides sit talis habitus? i. eosdem. Aff.

Arg.

1. Charitas est habitus infusus; ergo etiam fides. *Rom*: 5, 5.

2. Fides per Spiritum immanentem in nobis datur, est ergo habitus infusus, 2 *Cor*: 4, 13.

3. Datur in instanti, quod infusi habitus proprium est. *Act*: 11, 17, & 16, 34.

4. Cæteroqui non posset dici donum Dei, & Spiritus sancti.

Object.

Fides mandatur, nullus autem habitus infusus mandari potest. Resp: Lex omnem sanctitatem mandans, mandat etiam ut habeamus fidem, & habitualem, & actualem.

2. *Non magis posset intendi quam vita.* Resp. 1. Etiam vita potest intendi: homo homine est vivacior. 2. Vita proprie non est habitus infusus, sed omnium habituum subjectum.

Con-

Controversia. 7.

An fides in decalogo praescribatur? Aff. c. eosdem.

Arg.

1. Decalogus mandat homini ut Deum habeat pro Deo suo, ergo etiam ut illi fidem habeat.

2. Alioqui non peccassent Judaei, quod Deo non credidissent, contra, *Psal.* 78. 22, 32, *Jes:* 7. 9.

3. Adamo mandatum est ut Deo fidem habeat: hoc autem decalogo repetitum, *Gen.* 2. 17.

4. Lex jubet omnia bene facere ergo etiam ex fide, *Rom.* 14. 23.

Object.

1. *Actus intellectus non subjacet legi divinae.* R. Ante refutatum est: mandatur enim cognitio Dei.

Caput XIII.

DE JUSTIFICATIONE.

§ I. JUstificatio est sententia Dei gratiosa, qua hominem fidelem absolvit à poena, atque ei concedit jus vitae aeternae.

§. II.

§ II. *Quæ* sententia pronuntiatur, (1) In verbo Dei, *Act*; 13, 38. (2) In Christo Sponsore, *Jes*; 50, 8. (3) In conscientia fidelium, *Rom*; 5, 1. (4) In ultimo judicio, *Rom*: 3, 26.

Controversia.

An verbum justificare *in materia de justificatione significet sanctitatem infundere; an vero absolvere à reatu? Neg. prius Aff: posterius. Pontif.*

Arg.

1. Impium non licet justificare, *Exod*: 23, 7. *Prov*: 17, 15. Liceret autem si *justificare* esset sanctum facere.

2. Justificari ea dicuntur, quæ sanctificari non possunt ut *Deus*, *Luc*: 7, 29. *Sapientia ejus*, *Matth*: 9, 19.

3. Opponitur τῷ aliquem damnare ad mortem, *Rom*: 8, 11. 34.

4. Reprehenduntur impii qui se ipsos justificant, *Luc*: 16, 15. Quod fieri non posset si justificare esset sanctificare.

5. Justificatio non est ex operibus, *Rom*: 3, 28. At omnino esset ex operibus, si justificare esset sanctificare.

Object.

1. *Jes*: 53, 11. *Scientia justificat*. Resp: Non,

Non, sed *Christus*; qui per cognitionem sui, & fidem in se, adducit ad statum justificationis, *Luc*: 1, 77.

2, *Pastores justificant multos*, *Dan*: 12, 2. Resp: Ut Ministri nomine Dei absolvendo. Sensus loci est, ad statum justificationis adducunt.

3: *Mortui justificantur*, Rom: 6, 7 Resp: Plane, & plane absolvuntur.

4, *Apoc*: 22 11. *Qui justus est justificetur adhuc*, Resp: i. e. maneat in eo statu. Omnis justus quotidie justificari debet in verbo Dei, & propria conscientia, *Remitte nobis debita*.

5, *Justificare est justum facere*. Resp: Non magis quam magnificare est magnũ facere.

§ III. *Significat* ergo justum declarare, quod: 1. Vel fit à judice. 2, Vel ab amico. 3, Vel ab homine ipso. Atque ideo justificare aliquando est *reum absolvere* Exod: 23, 7, Aliquando *justum celebrare*. Luc: 7, 29. Aliquando justitiam *ostentare*. Job: 32, 2.

§ IV. Ut justificatio probe intelligatur hæc distincte in ea notari debent, 1. Deus in throno suo sedens ut judex, *Psl*: 9, 5, 2, Fideles citati, & accusati, *Apoc*: 20, 11, 12.

3, Di-

(3) Diabolus accusator. *Zach:* 3, 1, (4) Jesus Christus intercessor, se pro fidelibus satisfecisse demonstrans, 1 *Joh:* 2, 1, 2, (5) Deus propter satisfactionem Christi fideles absolvens, *Rom:* 8, 33. Atque hæc proprie justificatio est.

§ V. *Causa principalis*, est triunus Deus. 2 *Cor:* 5, 19, *Interna movens*, gratia Dei, *Rom:* 3, 24, *Externa*, justitia Christi, 2 *Cor:* 5, 21, *Materialis*, seu id quod nobis imputatur, eadem justitia Christi. *Phil:* 3, 9, *Formalis*, abjudicatio poenæ, & adjudicatio vitæ, *Rom:* 8, 33, *Instrumentalis*, fides *Rom:* 5, 1, *Finalis*, gloria Dei, & salus nostra. *Rom:* 3, 25.

§ VI. Effecta sunt: Adoptio, *Tit.* 3, 7. Pax conscientiæ, *Rom:* 5, 1. Spes vitæ æternæ &c.

§ VII. Distinguitur in *activam*, & *Passivam*. Activa est sententia Dei generalis, qua omnes fideles propter Christum simul absolvit. Idque, (1) In paradiso, & promissione. *Gen:* 3, 15, (2) In capite Christo, 2 *Cor:* 5, 19 (3) In verbo suo: *Rom:* 8, 1.

§ VIII. Passiva autem est particularis uniuscujusque fidelis: 1 In *persona* ejus dum ei datur Christus. 2. In *conscientia* post actũ fidei, *Rom:* 5, 1. Quæ etiam sæpe reperitur

§ IX.

§ IX Justificatio *activa* fidem, & sanctificationẽ nostrã præcedit: *passiva* sequitur

§ X. Adeoque *voluntas non puniendi peccata*, v. gr. Pauli, est in Deo ante ipsius fidem; ille tamen, quod ad personam ejus attinet, manet sub reatu, donec fide Christum recepit.

§ XI. Effectum justificationis est mutatio, non *realis*, sed *moralis*, & *status hominis*, homo acquirit jus vitæ æternæ.

§ XII. Quod jus habet propter *justitiam* Christi *mediatoriam*, obedientiâ *activâ*, & *passivâ* comparatam, quam Deus homini donat, homo fide recipit.

§ XIII. Quæ fides hic *consensus animi*, non nudus *assensus mentis* est, quo homo foedus, & pactum init cum Christo, eumque pro Mediatore, & justitia sua, recipit, seque ei salvandum committit.

§ XIV. Ita fidelis in statu gratiæ constitutus, omni vita in eo manet, nec perire potest.

Controversia. 1

An præter *sanctificationem detur alia Dei gratia justificationis, qua Deus absolvit credentes à pæna, & iis dat jus vitæ æternæ*? Aff. c. Pont.

Arg.

1, Enumerantur ut duo distincta. 1 Cor. 6, 11. 2. Justi-

2. Justificatio facit ut nemo *crimina possit intentare contra fideles*; ergo distinguitur à sanctificatione. *Rom*: 8, 33.

3. Christi sententia, *remissa sunt tibi peccata*, omnino distincta erat à sanctificatione. *Matth*: 9, 2.

4. Justificatio in hac vita, simul ac homo credit, perfecta est: Sanctificatio non. *Rom*; 5, 1, *Luc*; 18, 14.

5. Justificatio est sententia Dei hominem absolventis *Rom*; 8, 1. Sanctificatio autem non.

Object.

1. *Unum, & idem sunt*, 1 *Cor*. 6, 11, R. Enumerantur ut distincta.

2. *Justificatio est ablutio peccatorum. ergo*, R. Non per Sp. S. sed per sanguinem, & meritum Christi, quo debita nostra expunxit. 1 *Joh*. 1, 7.

3. *Per gratiam justificationis sumus nova creatura*, *Eph*; 2, 10. Resp. Neg; id *realiter* fit per gratiam sanctificationis; *moraliter* tamen, & ratione status, in justificatione fieri, dici potest.

4. *Gratia justificationis dicitur donum inhaerens*. *Rom*; 5, 17. Resp. Dicitur *donum* quia gratis datur: non *donum inhaerens*, aut nostra sanctitas,

Con-

Controversia 2.

An homo justificetur propter suam inhærentem justitiam? Neg. c. Pontif.

Arg.

1. Homo non justificatur per *suam* justitiam *Rom*; 10, 3. *Phil*; 3, 9.

2. Non justificatur per legem *Rom*; 3, 20, *Gal*; 11.

3. Non ex operibus *Rom*; 3, 28, *Gal*; 2, 16.

4. Homo justificatur plane gratis, *Rom*; 3, 24.

5, Justitia nostra imperfecta est; non possumus ergo propter eam, vere justi declarari, *Jes*; 64, 6.

6. Justificatio adimit homini omnem ansam gloriandi *Rom*; 3, 27.

7. Justificamur sanguine, & merito Christi: ergo non nostrâ justitiâ, *Eph*: 1, 7.

Object.

1. *Luc*: 7, 47. *Remittuntur tibi peccata, nam multum dilexisti.* Resp *Nam*, non causam efficientem, sed connexionem notat: ut Sol ortus est, nam est dies.

2, *Justificamur per gratiam*. Rom; 3, 24. Resp. Deo non nobis inhærentem.

3. Rom; 2, 13, *Factores legis justificabuntur.*

tur. Resp. justificarentur per legem, si tales essent; quia vero tales nulli sunt, ideo omnes *gratis* justificari debent.

4. *Rom:* 5, 17. *Per Christum ita justi constituimur, ut per Adamum injusti: hoc autem factum est inhærenter.* Resp. Conceditur totum: nam uti peccatum Adami nobis imputatur, nosque ex eo peccatores sumus, ita justitiâ Christi absolvimur, & per Spiritum ejus regeneramur.

5. *Pœnitentia justificat, Act;* 2. 38, Resp. *Pœnitenti* remittuntur peccata, sed non *propter pœnitentiam.*

6, Jac; 2; 21. *Abraham justificatus est ex operibus.* Resp. i, e. Per fidem, quæ non erat sine operibus, sed efficax per opera.

Controversia. 3.

An satisfactio, & justitia Christi nobis imputetur, nosque justificemur propter eam nobis imputatam? Aff. c. Socin. Pontif. & Remonst.

Arg.

1. Ideo Christus dicitur esse *nostra justitia* coram Deo. Jer; 23, 6, *Phil;* 3, 9. 1 *Cor;* 1, 30.

2, Et nos per obedientiam illius justi constituti, ut per inobedientiam Adami injusti constituti sumus. Rom; 5, 18, 19. Hoc autem factum est imputatione.

3, Ut

3. Ut Christo nostra peccata imputata sunt, ita nobis ejus justitia imputatur, 2. *Cor*; 5, 21.

4. Quicquid Christus, qua Sponsor, pro nobis præstitit, illud necessario nobis debet imputari; justitiam autem pro nobis præstitit. 1 *Tim*; 2. 6, *Gal*; 4 4. Ergo.

5. *Propter Christum*, & sanguinem ejus, nobis peccata remittuntur; ergo obedientia ejus nobis imputari debet. *Rom*: 5, 9. *Gal*: 3, 13. 1 *Joh*: 1. 7.

Object.

1. *Ergo tam justi sumus, quam Christus*. ℞. Neg. nam justitia Christi datur nobis, *non ut quod ad essentiam inhæreat*, sed quod ad vim, & efficaciam satisfactionis.

2. *Ergo peccata nostra tantum teguntur, non auferuntur*. ℞. Auferuntur quod ad dominium in sanctificatione, quod ad vim condemnandi in justificatione.

3. *Ergo Christo proprie peccata nostra fuissent imputata*. Resp. Imo proprie quod ad vim pœnam merendi. *Instant: Ergo Christus fieri debuisset filius Diaboli*. Resp. Nequaquam; nam hoc est ab inhærente dominio peccati.

4. *Nemo per alterius justitiam justus constitui*

stitui potest, Resp. Non inhærenter; per solutionem tamen alterius à debitis absolvi potest.

5, *Judicium Dei non est secundum veritatem, si justos judicat, qui justi non sunt* Resp, Deus in justificatione non judicat nos *justos*, i, e, perfecte sanctos, sed *nos non posse condemnari*, quia Christus pro nobis satisfecit.

6, *Gratis justificamur. Rom;* 3, 24. Resp, In quantum nos nihil solvimus.

Controversia, 4.

An non tantum justitia Christi passiva, seu mors ejus nobis imputetur, sed etiam activa ejus obedientia, & tota legis observatio? Aff: c, eosdē.

Arg:

1, Quod Christus pro nobis solvit id nobis debet imputari; justitiam autem activam pro nobis solvit. *Gal;* 4, 4, 5, *Joh;* 17, 19.

2, Christus implevit *totam legem* ad justificationem uniuscujusque credentis. Rom; 8, 3, & 10, 4.

3, Lex obedientiæ passivæ nusquam beatitatem promiserat; sed tantum activæ: *fac hoc & vives. Gal:* 3, 12. Debebat ergo hoc facere, ut nobis jus vitæ acquireret.

4, Ne-

4, Neque ulla alia est justitia, quæ dici posset nobis imputari: ut fit. *Rom*; 4, 6; *Jer*; 23, 6.

5 Justificamur per obedientiam Mediatoris, *Rom*; 5, 19. Obedientia autem non passiva tantum, sed præcipue activa est.

6, Nisi ea nobis imputaretur, nos etiamnum ad acquirendum jus vitæ eam solvere deberemus: quia lex solvi non potest. *Joh*; 10, 35.

7, Hoc est pallium justitiæ, quo nos Christus induit. *Zach*; 3, 4, 5, *Phil*: 3, 9: *Jes*; 61, 10.

Object.

1, *Perpetuo adscribitur morti, & sanguini ejus* Resp. Quia ultimus terminus, & complementum omnis Christi obedientiæ fuit,

2, *Morte Christi tolluntur omnia nostra peccata, etiam omissionis. morte ejus ergo nobis acquiritur jus vitæ.* Resp: Morte delentur peccata, quatenus sunt meritoria pœnæ, non tamen suppletur, quod deficiebat ad implendū fœdus operum: *fac hoc & vives.*

3. *Activam obedientiam Christus pro se debuit.* Resp. Neg. Sponsoria enī fuit, atque ante adventum ejus in mundū ita contractum

tractum erat, ut eam praestaret pro nobis.

4. *Ergo nos non tenemur ad obedientiam activam, quia Christus eam praestitit pro nobis.* Resp. Non tenemur ad justitiam sponsoriam, ut eâ jus vitae acquiramus, sed tantum ad gratitudinem.

5. *Ergo aut mors superflua fuit, aut bis solvit.* Resp. Neg. quia & obedientia activa, & passiva solvenda erat.

6. *Tota justificatio sita est in remissione peccatorum. Rom:* 4, 6, 7. Resp. Neg. acquiritur etiam jus vitae. *Rom:* 8, 3.

Controversia, 5.

An ergo sola fide justificemur ut instrumento Aff: c. Pontiff.

Arg.

1, Justificamur fide, sine operibus. *Rom,* 3. 28.

2. Non nisi fide. *Gal:* 2, 16. *Luc:* 8, 50,

3. Deus justificat impium, sed credentem, & fugientem ad Christum: ergo sola fide, *Rom:* 4. 5.

4. Justificatio est sine lege: non est fac hoc & vives; ergo sola fide *Rom:* 3, 21, 22. *Gal:* 3, 11, 12.

5. Nisi sola fide esset non esset ex gratia, *Rom:* 4. 16.

6. So-

6, Sola fide recipimus Christum. Joh. 1, 12. *Eph.* 3, 12, 17.

Objectiones.

1. *Ergo bona opera non sunt necessaria.* Resp. Non ut acquiramus jus vitæ, sed ut à Deo mandata, atque opera gratitudinis.

2. *Fides à reliquis virtutibus separata non justificat: ergo non sola fides.* Resp. Etiamsi sola non sit, sola tamen agit: ut oculi soli non sunt, soli tamen vident.

3, *Per solam fidem non placemus Deo ergo.* Resp. In justificatione maxime.

4. *Fides justificat quatenus purgat corda. Act.* 15. 9. ℞ Purgat corda, quatenus ut instrumentũ sibi applicat sanguinẽ Christi.

Controversia. 6.

An ergo fides ipsa, vel sola, vel cum charitate à Deo accipiatur pro justitia nostra? Neg. c. Remonst.

Arg.

1. Ita cum omnibus operibus legis. *Fac hoc & vives* excluditur *Rom.* 3. 28. *Gal.* 3, 12.

2, Judicium Dei est secundum veritatem, *Rom:* 2, 2. Non potest ergo fidem accipere pro tota impletione legis.

3. Justificamur sanguine, & merito Christi, *Rom.* 3, 24, *Eph:* 1, 7. *Gal.* 3, 13. Ergo

Ergo fides nostra nobis non imputatur.

4, Deus in justificatione ostendit se *justum esse. Rom*: 3, 25, 26, At hoc non faceret, si fidem pro tota legis observantia acceptaret,

5. Tum Christus frustra mortuus esset: quia nostrâ justitiâ coram Deo consistere possemus. contra. *Gal*: 2, 21.

Object,

1, Rom: 4, 5. *Fides ejus imputatur ei ad justitiam*. Resp. i. e. Fides justificat. Justificat autem ut instrumentum recipiens meritum Christi.

Controversia. 7.

An fideles V, T. vere justificati sint, & plenam remissionem peccatorum habuerint? Aff: c. Soc: Rem.

Arg.

1, Scriptura S. ubique testatur peccata ipsis remissa fuisse. *Ps*: 32, 5, & 65, 4, 103 3, 12, *Jes*: 6, 7, & 63, 25. &c,

2. Deus convertentibus se, & credentibus, aperte remissionem peccatorum promisit 2 *Chron*: 7. 14. *Jes*: 1, 18, & 55, 7. *Heb*: 2, 4.

3. Cum fide remissionem peccatorum petierunt. 1 *Reg*: 8, 50. *Ps*: 25 .11, 18, & 51, 3. 4. 9. Exauditi ergo sunt.

4. Sal-

4. Salvati, & in gloriam recepti sunt. *Ps.* 68, 21, & 73, 24. Ergo peccata ipsis remissa erant. conseq. prob. *Ps.* 32, 1. *Rom.* 6, 7.

5. Deus fuit Deus illorum in æternum. *Ps.* 48, 15. Et Christus Dominus est *Agnus mactatus ab initio mundi. Apoc.* 13, 8. Propter Christum ergo peccata ipsis remissa sunt.

6. Habuerunt Sacramenta & sigilla remissionis peccatorum, *Rom.* 4, 11.

7. Plenè justificati sunt. *Rom.* 4, 2. *Gal.* 3, 6. Nulla autem justificatio sine remissione peccatorum. *Act.* 13, 38.

Object.

1. *Act.* 13, 38, 39. *Non potuerunt per legem Mosis justificari à peccatis.* Resp. Non quidem *per legem Mosis*, sed *sub lege* Mosis *per gratiam Christi.*

2. *Deus promittit remissionem peccatorum ut futuram in N. T. Jer.* 31, 31. Resp. Non futuram *fidelibus V. T.* sed *Novi.* 2. Remissio vel *satisfactionem Mediatoris*, vel *absolutionem judicis* significat: primum promissum est, alterum datum.

3. *Christus sanguine suo expiavit peccata V. T. Heb.* 9. 15. Resp. Tunc *expiare* est

 actio

actio Mediatoris, qua satisfacit, *non Judicis*, qua absolvit.

4. *Habuerunt tantum πάρεσιν dissimulationem*, *Rom*: 3. 25. Resp: πάρεσις & ἄφεσις idem significant, *Mich*: 7. 18, 19. *Heb*: 9. 22.

5, *Ubi est remissio peccatorum nullum amplius requiritur sacrificium*, *Heb*: 10. 18 Resp: Jam dictum; verba *remittere*, *expiare*, aliquando *actionem Mediatoris*, seu ipsam satisfactionem notant; quæ quia hic præstita erat, nullum aliud requirebatur sacrificium.

Controversia. 8.

An Deus ergo peccata Patrum V. T. ab iis exigere, & in iis punire potuisset? N. c. eosdem

Arg.

1, Promiserat se non facturum, *Psal*. 50. 8. *Jes*: 43. 25. Non poterat autem fieri mendax, *Tit*: 1. 1.

2, Imo expresso juramento testatus erat se fœdus non mutaturum, *Psal*. 89. 4. 5. 34. 35, 36. In quo impossibile est ut mentiatur, *Heb*: 6. 18.

3, Omnia Mediatori imputaverat, *Jes*. 53. 6. Qui etiam solenni contractu ea in se receperat, v. 4. *Psal*: 40. 8.

4. *Alio-*

4. *Actum seu cessum*, ut vocant, ipsis dederat, *sigillisque fœderis* confirmaverat, se debita, à Mediatore, non ab ipsis, exactorium, *Rom*; 4. 11. Non poterat ergo aliter.

5. Beati in cœlo erant. Unde in infernum deturbari non poterant.

6. Quam id impossibile sit ostendit, *Jes* 49. 15.— *Si mater infantis possit oblivisci, ego tamen vestrum non obliviscar.*

Object.

1. *Heb*;10.3. *Quotannis fiebat rememoratio peccatorum*, Resp; Illa Messiam venturum innuebat, adeoque in eum peccata fidelium conjecta esse, atque ab ipsis exigi non posse.

2. *Christus nondum satisfecerat*, Resp. Hoc ipsi, non fidelibus incumbebat. Neque hoc ullam coram Deo differentiam infert, cui *Agnus mactatus est ab initio mundi*.

Controversia. 9.

An ergo contingere possit ut vere regeniti filii Dei, totaliter & finaliter à fide, gratia Dei, & remissione peccatorum excidant? N. c. Pont. Soc. Rem. Luth.

Arg.

1. Diserte Dicitur fieri non posse, ut aut diabolus, aut peccata, aut seductores,

 ipsis

ipsis prævaleant. Ergo *Matth:* 16, 18. *&* 24. 24. *Rom:* 6, 14

2, Gratia Dei, semel cordibus electorum infusa, ejus efficaciæ esse dicitur, ut nunquam arescat, *Psal.* 1, 3. *&* 92. 13--- *Joh:* 4. 14. 1 *Pet:* 1, 23.

3, Deus in fœdere gratiæ promisit effecturum se, ut fideles non exciderent, *Jer:* 32, 39. 40. *Jes:* 14, 10. *Phil:* 1. 6.

4, Atque ideo tam potenter eos conservat, ut nemo eos illi eripere possit, *Joh:* 10, 28--- 1 *Cor:* 1, 8. 2 *Thess:* 3, 3. 1 *Pet:* 1, 5.

5, Neque potest aliter; quia electio Dei, & dona ex ea immutabilia sunt, *Rom:* 8, 39. *&* 11, 29. 2 *Tim:* 2, 19.

6, Inde perpetua est voluntas Patris & Filii, ut omne quod Mediatori datũ est salvum fiat, nihilq; perdatur, *Joh:* 6. 37. 39.

7, Illi vero qui professionem veritatis deserunt, ostendunt se nunquam vere fideles fuisse, *Joh:* 8, 31. 1 *Joh:* 2, 19.

Object.

1, *Ezech:* 18, 24. *Si justus apostataverit.* Resp: 1. Non dicitur id futurum, sed quid ex fœdere operum fieri debeat si decidat.

2, *Matth:* 13 20, 21. *Cum venit persecutio scandalizatur*. Resp. De fide *historica*,

non

non *justificante* agitur. Dicitur enim *radicem in se non habere*, ℣ 21. & distinguitur ab eo, qui bona terra est. ℣ 23.

3. *Heb*: 6, 4. *Qui gustarunt dona cælestia, & Sp: S. participes facti sunt, & apostatæ sunt*. Resp: Illi quidem de veritate religionis Christianæ *in conscientia* convicti fuerunt, non tamen *in corde* regeniti.

4, 2 *Pet*, 2, 19, 20. *Si postquam mundum effugerint, relabantur*. Resp; Illi non *oves*, & vere fideles, sed *porci*, & *canes* appellantur. ℣ 22. Qui *professione*, & *promissis* mundo valedixerant, non animo.

5, *David*, & *Salomon defecerunt*, Resp; Lapsi sunt, non plane defecerunt, *Psal*: 73, 24.

6: *Demas*, 1 *Tim*; 4. 10. Respond. Vere fidelis ergo nunquam fuit.

5, *Ad quid ergo adhortationes & comminationes?* Resp: Media sunt, quibus Deus hominem ab interitu conservat.

Caput XIV.

De Decalogo, & bonis operibus.

§ I. SAnctificatio à justificatione differt. 1. *Justificatio* est actio forensis; *sanctif.* physica, & realis. 2. *Justif.* magnam partem extra hominem, in verbo Dei, & Christo, fit: *sanctificatio* vero in homine. 3. *Justif.* non nisi *mutationem moralem* & status infert; illa *realem, & novam creaturam*. 4. *Justif.* simul, & semel perfecte fit; *Sanctif.* per gradus.

§ II. Est ergo sanctificatio hominis spiritualiter mortui vivificatio, qua ei principium novae vitae, novarumque actionum infundimus, *Eph.* 2, 5.

§ III. Effectum ejus proximum est ablatio dominii peccati, libertas, & nova creatura, 2. *Cor.* 5, 17. Atque bona opera.

§ IV. Bona opera sunt actiones regenitorum, ope Sp. S. ex fide, ad legem, & gloriam Dei factae, *Gal.* 5, 22.

§ V. Conditiones ad bonum opus requisitae in Catechesi statuuntur tres. 1. Ut fiant

fiant ad legem Dei. Gal. 6, 16. 2. Ex fide Rom. 14. 23. 3. Ad gloriam Dei. 1 Cor. 10. 31. Quæ omnia fieri non possunt nisi. 4. Ope. Sp. S. 1 Cor: 12, 3.

§ VI. Sine illis conditionibus nullum opus vere bonum esse, aut Deo placere potest. Heb. 11. 6.

§ VII. Sunt ergo bona opera ad beatitatem necessaria. α Necessitate *præcepti*, 1 Thess. 4, 3. β *Medii*, seu viæ ad regnum Heb. 12. 4. γ *Signi*, veræ fidei. *Jac.* 2. 17. δ. *Consequentiæ*; ubi Sp. ibi libertas, Rom. 8. 2. ε. *Ad ædificationem proximi*, Matth. 5, 16.

§ VIII. Lex Dei, ad quam opera dirigi debuerunt, fuit *moralis*, *ceremonialis*, & *politica* Judæorum.

§ IX. *Moralis*, omnes omnium hominum virtutes generales exponit. *Ceremonialis*, typos Messiæ. *Politica*, regimen populi Dei illius temporis.

§ X. Mandata Dei hoc modo obligant homines. 1. *Generalia*, omnes. 2. *Quæ statum respiciunt*, eos, qui in eo statu sunt: ut Magistratus, Maritus, Pater, &c. 3. *Affirmativa*, semper, sed non ad semper: ut precari, eleemosynam dare, &c. *Negativa* obligant semper, & ad semper: ut

nunquam licet hominem occidere, &c.

Controversia. 1

An lex moralis etiam hodie homines obliget, isque praescribi debeat? Aff. c. Antinomos.

Arg.

1, Manere debet, *Matth*: 5, 17. *Rom*: 3, 31.

2, Urgeri, non solvi debet, *Tit*; 3. 8. *Matth*; 5. 19.

3, Observari debet, *Rom*; 13. 8, 9. *Jac*. 2, 8. *Eph*; 6, 1.

Object.

1 *Matth*; 11. 13 *Lex, & Prophetae ad Johannem usque.* Resp; Prophetarunt de Messia venturo.

2, *Rom*; 6, 14. *Non sumus sub lege*, R. i. e. sub legis maledictione, nec sub foedere operum.

3, *Lex justis data non est*, 1 *Tim*; 1, 9. R. i. e. ad condemnandum eos, sed ad convincendum impios, ut fugiant ad Christum.

Controversia, 2.

An bona intentio quodcunq; opus hominis bonum faciat, & liberet à peccato? Neg. c. Pontif.

Arg.

1, Bonâ intentione ea peraguntur, quae in verbo Dei ut mala expresse improbantur, *Joh*; 16, 2. *Act*. 26. 9.

2, Bonâ

2, Bonâ intentio poteſt fieri ex affectu, ſine judicio & cognitione verbi Dei, *Rom*; 10, 2. & 14, 5. 1 *Tim*, 1, 7, 8.

3, Homo eſt ſub lege Dei, non poteſt ergo ſua intentione ex peccato facere non peccatum.

Object.

1, 1 *Tim*, 1, 13. *Mihi facta eſt gratia, quia inſcius feci*. Reſp. Quod ex gratia remittitur, procul dubio peccatum eſt.

Controverſia. 3.

An homo operibus ſuis bonis, gratiam, vel gloriam mereri poſſit? *Neg*: c. Pontif.

Arg.

1, Omnia dantur ex gratia, & miſericordia. *Pſ*, 103, 4, *Rom*, 6, 23.

2, Nec gratia, nec gloria eſt ex operibus, *Rom*: 11, 6, *Tit*: 3, 5.

3, Non ſumus ſub fœdere operum, in quo ſolo locus erat merito noſtro, *Rom*: 6, 14, *Gal*: 3, 11, 13.

4, Cœlū eſt hæreditas noſtra, quæ merito non acquiritur, *Rom*: 8, 17, *Gal*: 4, 1, 7.

5, Si eſſet ex operibus, homo gloriari poſſet, contra *Rom*: 3, 27, & 4, 2, & 1 *Cor*: 1, 17.

6, Cum omnia fecimus in N, T, quæ poſſumus, *ſervi ſumus inutiles*, nihil nobis meriti, *Luc*, 17, 10.

7. Christus nobis omnia *perfecte* meritus est, nihil ergo possumus, *Heb*: 10. 14.

Object.

1. *Unicuique reddet secundum opera*, *Rom*: 2, 6. ℞ Ad opera, non propter ea.

2, *Vita aeterna est merces*. ℞ Quia datur ex gratia post laborem.

3. *Dicuntur digni*, *Apoc*: 3. 4. 2 *Thess*. 1. 5. ℞ i. e. habent requisitas qualitates, & Deus eos dignatur gratia sua.

4. *Gloria datur à Deo, ut justo judice, atque ex justitia*, 2 *Thess*: 1. 6. 2 *Tim*. 4. 8. ℞ i.e. Constantia in promissis. confer, 2 *Pet*: 1, 1.

5. *Cœlum datur hominibus, quia sancti, Matth*: 25. 34. ℞ Quia media habent, necesse est ut etiam finem habeant, non ob meritum, sed *ob connexionem* illorum.

Controversia 4.

An aliquis irregenitus ante justificationem quibusdam suis operibus gratiam ex congruo mereatur? Neg: c. Pontif:

Arg.

1. Omnes irregeniti sunt Inimici Dei, atque Athei, *Rom*. 5. 10. *Eph*: 2, 3. 12. *Tit*: 3. 3. Nihil ergo mereri possunt.

2. Omnia opera eorum peccata sunt, & Deo displicent, *Matth*. 12, 33, 34. *Rom*: 8. 8. & 14. 23.

3, Ne-

3, Nemo quidquam Deo prius dedit, *Rom*: 11. 35. 1 *Cor*: 4. 7.

4, Omnia dantur ex gratia, *Rom*: 9. 16. *Jac*: 1. 18.

Object.

1, *Habenti dabitur*, *Matth*: 13, 12. ℞ Non ex merito, sed ex gratia: habenti gratiam regenerationis, dabitur gratia ulterior.

2, *Heb*: 13. 16. *Talibus hostiis promeretur Deus*. Resp. Habetur *delectatur*, seu placetur Deo.

3, *Convertenti se promittitur gratia*, *Ezech*: 18, 21. Resp. Promittitur remissio peccatorum ex gratia, non ex merito.

§ XI. Primo præcepto exponitur quis, & quibus virtutibus spiritualibus ille Deus coli debeat: ut sunt, *Cognitio, fides, spes, amor, timor, humilitas, zelus, &c.*

§ XII. Prohibentur autem vitia, *idololatria, magia, divinatio, superstitio, sanctorum invocatio, &c.*

Controversia, 1. ad præceptum. 1

An liceat Angelos, mortuos sanctos, aut ullam creaturam religiose adorare, aut invocare Neg: c. Pontif.

Arg.

1, Solus Deus est adorandus, *Matth*: 4. 10.

2, Col.

2, Coli non debent, qui naturâ non sunt Deus. *Gal;* 4, 8,

3, In quos non credimus, illi adorari non debent, *Rom;* 10, 14. In Sanctos autem non credimus, Joh; 14, 1.

4, Qui non sunt *Pater noster*, adorari non debent, *Matth;* 6, 9.

5, Sancti, ut & Angeli invocari & adorari nolunt, *Act;* 10, 25, *Apoc;* 19, 10.

6, Cogitationes, & statum cordis nostri, atque adeo an recte precemur ignorant, *Jes.* 63, 16, 1 *Reg;* 8, 39.

Object.

1, *In V, T, adorarant Angelos.* Gen; 18, 2. R, Neg. sed solum Christum. Angelis non nisi honorem politicum exhibuerunt.

2, *Ps;* 99, 5. *Adoravit scabellum pedum*, Resp: Habetur *coram* scabello, seu tabernaculo Dei.

3, *Heb;* 11, 21, *Adoravit fastigium baculi.* Resp. Non: sed innitens baculo.

4, *Ferunt preces nostras ad Deum, Apoc.* 5, 8. Resp. Non nostras, sed suas.

5, *Luc;* 16, 27, *Sancti orant pro nobis:* Resp; Parabola est, Nec Sanctus erat, nec Deum adorabat.

6, Job; 5, 1, *Ad quem Sanctorum vertes te?*

Resp.

Resp. Dicitur id stulte fieri. Vel hoc vult Eliphas, nulli Sancto unquam talia evenisse, qualia Jobo; atque ideo ipsum Sanctum non esse.

Controversia 2 ad præceptum, 1.

An Papa possit quosdam in catalogum Sanctorum referre, & præscribere, ut publice colantur, & adorentur? Neg. c. eosdem.

Arg.

1. Sancti religiose coli non debent; ergo nec canonizari.

2. Papa ignorat statum hominis mortui: non potest ergo ipsum canonizare.

3. Qui potest canonizare, potest etiam è canone delere: utrumque stultum est.

4. Id nusquam legitur factum, nec in N. nec in V. T.

Object.

1. P*apæ est dicere, quinam sint Hæretici; ergo etiam, quinam sint Sancti.* Resp. Ineptus est ad utrumque.

2. *Alioqui eos imitari non possemus.* Resp. eos, quos novimus.

Controversia 2. ad præceptum. 2.

An Christus Mediator possit, & debeat adorari, & invocari? Aff. c. Franc. Davidis. An hoc absolute necessium sit? Aff. c. Socin.

Arg.

Arg.

1. Expressum est mandatum, de ipso adorando, *Rom.* 14. 11. *Phil.* 2. 10. *Heb.* 1, 6.

2. Exempla sunt innumera, *Joh.* 9. 38. & 20. 28, *Act.* 7, 59. 1 *Thess.* 3, 11, &c.

3. Ita omnes fideles describuntur, *qui Christum invocant*. 1 *Cor.* 1, 2. 2 *Tim.* 2, 19.

4. Habet omnia requisita, est enim Deus. 1 *Joh.* 5. 20. Novit corda, & salutem dat, *Apoc.* 2, 23. [illegible]

Object.

1. *Formula orationis dominicae tantum est ad Patrem.* Resp. ibi nomen Patris dicitur de Deo Triuno.

2. *Matth.* 4, 10. *Dominum Deum tuum adorabis.* Resp. is etiam est Christus.

3. *Joh.* 4. 23. *Veri adoratores adorant Patrem in spiritu.* Resp. Nomen Patris iterum sumitur οὐσιωδῶς.

Controversia, 4. ad praeceptum, 1.

An Christus qua Mediator sit adorandus, seu, an officium Christi mediatorium sit fundamentum adorationis Christi? Neg. c. Socin. & Remonst.

Arg.

1. Solus Deus est adorandus. *Matth* 4. 10. Sola ergo Deitas est fundamentum adorationis.

2. Chri-

2. Christus ratione officii mediatorii est servus, Deo minor. *Jes.* 49, 3, 5, 6, Ergo illud fundamentum adorationis esse non potest.

3. Quod non est fundamentum Deitatis, id non potest esse fundamentum adorationis: sola enim Deitas adoranda est. *Jes.* 42, 8.

4. Si hoc esset fundamentum adorationis, tum illæ naturæ essent adorandæ, secundum quas est Mediator, adeoque etiam humana natura contra *Gal.* 4, 8.

5. Mediatio est officium temporarium, fundamentum autem adorationis æternum esse debet.

6. Tum duæ essent adorationes: una qua Dei communis cum Patre & Sp. S. altera qua Mediatoris.

Object.

1. *Apoc.* 5, 9. *Dignus es honore, quia mactatus.* Resp. Agitur de persona, qui dignus est eo honore, & ea laude, quod nos redemit.

2. *Anima, & Conscientia Christo qua Mediatori subjectæ esse debent.* R. Etiã Prophetæ, quatenus proponit verbum Dei; imo & Regi a Deo constituto. *Rom.* 13, 1.

3. De-

3. *Debemus credere in Christum, quà Mediatorem*, h. i. e. fide pro Mediatore recipere; sed fundamentum istius receptionis est, quia Deus eum nobis exhibet.

Controversia. 5. ad præceptum, 1.

An unquam cuiquam liceat dubitare de Deo an existat, de verbo Dei, Christo, & similibus? Neg. c. *Cartes.*

Arg:

1. Omnibus omni tempore mandatur plena certitudo. *Rom:* 14, 5, Prohibetur ergo dubitatio.

2. Omnis dubitans vacillat, hoc autem prohibetur. *Jac.* 1, 6. *Eph:* 4, 14. 1 *Reg:* 18, 21.

3. Omnis ὀλιγοπιστία defectus fidei, improbatur. *Matth:* 14, 31. Ergo & dubitatio. Imo τὸ non credere, causa est damnationis. *Joh:* 8, 24.

4. Si liceret dubitare de Deo, etiam liceret negligere cultum ejus: hoc autem nunquam licet.

5. Omnis dubitans eatenus errat de veritate: omnis autem error improbatur. *Gal:* 6, 7.

Objectiones.

1. *Est via ad cognitionem certam.* Resp. Imo

Imo potius ad Atheismum. Non dubitare, sed investigare, medium est ad scientiam.

2, *Dubitatio brevis est.* Resp. Blasphemia etiam brevis esse potest, non tamen desinit esse peccatum.

§ XIII. Præcepto secundo Deus mandat quo modo, & cultu externo ab hominibus publice, & privatim coli velit.

Controversia, 1. ad Præceptum, 2.

An liceat imagines Dei Patris, Filii, & Sp. S. formare? Neg. c. Pontif. & Luth.

Arg.

1, Deus expresse prohibuit: *Exod:* 20, 4. *Deut:* 4, 15, 16.

2 Gentiles propterea graviter puniti sunt. *Rom:* 1, 23, 24.

3, Deus est infinitus, cujus nulla imago formari potest. *Jes:* 40, 18, & 46, 5.

4. Omnis imago formatur ad exprimendam similitudinem, hoc autem de Deo, nec potest, nec debet fiere.

Object.

1, *Deus visibili forma apparuit: quid ergo prohibet eum sic pingi.* Resp. Prohibet mandatum Dei; Deus specimina aliqua præsentiæ, non sui dedit.

2, *Scrip-*

2. *Scriptura verbis Deo tribuit membra humana: potest ergo pingi.* Resp. Neg. nusquam ei membra humana tribuit, sed tantum perfectiones ejus similitudine explicat; quas tamen pingi non vult.

3. *Angeli pinguntur.* Rc. Infiniti non sunt.

Controversia 2. ad præceptum. 2.

An liceat imagines aliquo religioso cultu prosequi? Neg. c. eosdem.

Arg.

1. Diserte prohibitum est imagines colere, vel adorare. *Exod.* 20, 4. 1 *Cor.* 10, 20.

2. Cultus imaginum describitur ut fœdissima idololatria. *Apoc.* 9, 20.

3. Imagines nullum sensum nostri cultus habere possunt, coli ergo non debent. *Ps.* 115, 4---

4. Hizkia confregit serpentem æneum cum inciperet coli. 2 *Reg.* 18, 4.

5. Homo est imago Dei, qui tamen adorari non debet.

Objec.

1. *Imagines Cherubim sunt adoratæ.* 1 *Reg.* 7, 29. Resp. Non magis quam Leones aut Palmæ quorum ibidem mentio fit.

2. *Imagines faciunt miracula.* Resp. Non possunt; quia non intelligunt.

3. *Ima-*

3. *Imago est capax injuriæ.* Resp. Non magis quam invidiæ, odii, aut perfidiæ.

4. *Imago Regis est venerabilis, ergo, etiam sanctorum.* Resp. Nec religioso, nec civili cultu coli debet.

Controversia, 3. ad præceptum, 2.

An liceat, vel utile sit, imagines in templis ad docendam plebem exhibere? Neg. c. eosdem.

Arg:

1. Deus voluit populum prædicatione verbi, non imaginibus doceri. *Matth:* 28, 19. *Luc:* 16, 29.

2. Imagines per se nihil docere possunt, homines explicare debent, quod sibi Pictor voluerit.

3. Imagines docent mendacia, quia dicunt Deum sibi similem. Jer: 10, 8. *Habac:* 2, 18. *Zach:* 10, 2.

4. Fides est ex auditu Rom: 10, 17. Et pietas per verbum Dei. *Tit.* 2, 11, 12. Non ex imaginibus.

Object.

1. *Deus docet per signa.* Resp. Aliud est signum præsentiæ, aliud est imago ad exprimendam similitudinem facta.

2. *Imagines movent ad pietatem.* Rs. Non possunt. Mens memor historiæ divinæ tantum eâ movetur.

Con-

Controversia, 4. ad præceptum, 2.

An vel lignum, vel signum crucis coli, vel adorari debeat? Neg: c. Pontif.

Arg.

1, Si coli debuisset, Apostoli custodivissent; quod non fecerunt.

2, Nemo scire potest quodnam sit lignum crucis; committitur ergo idolatria.

3, *Crux in qua* Christus passus est, non magis coli debet, quam *homines à quibus* passus est.

Objectiones.

1, *Crux sanctificata est per contactum corporis Christi.* Resp. Non magis quam labia Judæ, & manus militum, qui ei colaphum impingebant.

2. *Crux mirabiliter inventa est.* Resp. Mirabiliter fictum est.

3. *Matth: 24, 30. Apparebit signum filii hominis.* Resp. i, e. filius hominis.

4, *Signum in fronte. Ezech 9. 4. Apoc. 7, 3. Est signum crucis.* Resp, id purum putū est figmentum. ת *thau* non refert crucem.

Controversia, 5. ad præceptum 2.

An vota paupertatis, cæcæ obedientiæ, & cælibatus sint sancta, aut licita? Neg: c. eosdem.

Arg.

Arg.

1, Omnis cultus voluntarius, ab homine inventus, est illicitus. *Matth:* 15, 9. *Col:* 2, 23.

2, Non possunt fieri ex fide: sunt ergo peccata. *Rom:* 14, 23.

3. Sancti contra paupertatem Deum orant. *Prov:* 31, 8.

4. Nemo se absolute ulli homini subjicere debet. 1 *Cor.* 7, 23. *Act:* 5, 29.

Object,

1, *Sancti in V. T. voverunt vota.* Resp. De rebus licitis, non talia contra verbum Dei.

2, *Juramentum servari debet quacunque in re.* Resp. Non si juraveris te aliquid mali facturum.

3, *Matth:* 19, *Vade, & vende omnia.* Resp. Preceptum fuit personale; ut *ambula super aquas. Matth:* 14, 19.

4, Jer: 35. *Laudantur Rechabitæ, qui votum Patris observaverant.* Resp. Non laudantur quasi eo Deum colerent, sed reprehenduntur Judæi quod in religione minus essent constantes, quam illi politice erant.

§ XIV. Tertio præcepto Deus mandat quo modo coli velit, scil: *attente, devote, sancte, omnibusque viribus.*

§ XV.

§ XV. Prohibetur ergo jusjurandũ temerariũ, falsũ, idololatricum, superstitiosũ.

§ XVI. Ad hoc præceptum etiam pertinet sors, quæ est petitio decisionis divinæ in re merè casuali.

§ XVII. Dividuntur sortes quod sint. 1. Vel divinatoriæ ad sciendum occulta. Quæ sunt illicitæ. 2. Vel divisoriæ, ad dividenda bona, 3. Et judiciales, in dicendis sententiis.

§ XVIII. Materia ergo in qua sortitio usus est, semper debet esse vel res adiaphora, vel bona.

Controversia. 1. ad præceptum, 3.

An. Homini Christiano liceat jusjurandum jurare, seu necessitate urgente Deum testem invocare? Aff. c. Mennonit.

Arg.

1. Laudatur in V. T. tanquam bonum, & sanctum, *Exod.* 22, 10. *Deut.* 6, 13. *Jer.* 4, 2.

2. Prædicitur id à populo in V. T. sanctè præstandum *Jes.* 45, 23. & 65, 16.

3. Exempla sunt in N. T. *Rom.* 1, 9. 2 *Cor.* 1, 23. *Galat.* 1, 20. *Apoc.* 10, 6.

4. Jusjurandum etiam in N. T. proponitur ut finis contradictionis, *Heb.* 6, 16.

5. Ad

5. Adjuratio, sive obligatio sub juramento licita est. 1 Thess. 5, 27.

Object.

1, Matth. 5, 35. Jac. 5, 12. Ne jurate omnino, R. Neque per coelum, neque per terram, neque per ullam creaturam.

2, Matth. 5, 37, Vestrum Ita, sit ita, Non, sit non, Resp. In communi colloquio.

3, Tanta debebat esse hominis veracitas, ut jurejurando non opus esset, Resp. Hoc ubi fuerit, etiam jusjurandum omittetur.

Controversia, 2. ad praeceptum. 3.

An licita sit ars exorcistica: quâ aquâ, (ut vocant,) benedictâ, signo crucis, invocatione sanctorum, Diaboli ex obsessis expelli dicuntur? N: e. Pontif.

Arg.

1, A Deo non sunt instituta, non possunt ergo habere divinam virtutem.

2. Spiritus non expelluntur per corporalia, sed tantum virtute Dei. Matth. 17, 21, 12, & 29.

3. Mera est magia in herbis & verbis virtutem supernaturalem collocare,

4, Non fuit haec in Apostolis ars, sed fides miraculorum, quae in exorcistis nulla est.

Ob-

Objectiones.

1, *Matth* 10, 1. *Potestatem dedit in spiritus impuros.* Resp. Additur & in omnem morbum; cum ergo unum miraculum non possunt, non possunt etiam alterum. Idem respondetur ad. *Marc*: 16. 17, 18.

2, *Fuerunt tales in V. T.* Resp: Neg: antecedens, & consequentia.

3, *Experientia probat artem esse bonam.* Resp: Imo meram esse fraudem, & collusionem cum Diabolo.

Controversia. 3, ad præceptum, 3,

An sors ludicra licita sit, i. e. an liceat per ludum. & jocum, atque etiam ad faciendum lucrum sortem mittere? Neg: c. Pontif.

Arg.

1. Quia sors ad hoc instituta est, ut sit consultatio providentiæ divinæ, & petitio decisionis ejus. *Prov*: 16, 33.

2, Sors instituta est ad determinationem controversiarum, quæ aliter decidi non possunt. *Prov*: 18, 18, Hoc autem in ludo locum non habet

3, Sortientes causam suam judici superiori decidendam committunt, quod in ludo non licet

-10

4, At-

4. Atque ideo homines subjiciuntur sorti, ut voci divinæ. *Act*; 1, 24. 't Lot geeft Godt.

5, Sortes ludicræ origo sunt execrationum, & rixarum.

Object.

1, *Sors licite usurpatur in rebus minoris momenti*, R. Et si aliquando leves ob materiam, sæpe tamen graves ob consequentia.

2, *Sors est res adiaphora; ergo apta ad lusum*. Resp. Debet esse res sancta.

3, *Sors sæpius iterata varium eventum habet*. Resp: Iterari non debet, & Deus iteranti alium eventum in poenam dare potest.

§ XIX. Quarto præcepto Deus exposuit quem diem cultui suo publico postulat; *Septimum*.

§ XX, Quod præceptum, *Deo* quidem *positivum* dici potest; potuisset enim aliter instituere: *homini* vero *naturale & moralé*; qui vi imaginis divinæ æquum id esse intellexit.

§ XXI. Habet hoc præceptum aliquid cum reliquis præceptis commune, *continere se à peccato*, atque aliquid singulare, *tempus publici cultus determinare*, & continere se à labore.

§ XXII. *Determinatio diei*, ut & *partis ex-*

terni cultus. Deo libera mansit, mutarique potuit, *manente tamen lege in suo vigore.* V. G. quæ cerimoniæ, & Sacramenta tunc peragenda essent.

§ XIII. *In Sabbatho* Judæorum procul dubio multa fuere cerimonialia, cum totus cultus cerimonialis eo die *præsertim* peragi debuerit: non ideo tamen *Sabbathum ipsum cerimonia* fit. quod sc.: *sex diebus laborandum, septimus cultus publico dari debeat.*

§ XXIV. Mandatum duo præcipit, *cessare à labore, & cultui divino vacare.* Est ergo etiã *quies pars cultus*, quatenus ob Dei mandatũ fit. Actiones autẽ agendæ sunt, v. prædicatio verbi divini, lectio, cantatio, oratio, meditatio, eleemosynæ, Sacramentorũ usus.

Controversia. 1. ad præceptum 4.

An Sabbathum non in deserto primum sed ab ipsa mundi creatione institutum sit Aff.

Arg.

1. Gen. 11 2. 3. *Cum jam Deus die septimo absolvisset omne opus suum, ipse eo die quievit, & N B. quia eo die quieverat* diem eum homini sacrum fecit, seu *sanctificavit.*

2, Apostolus, *Heb.* 4, 3, 4 ostendit quietem populi Dei, *Psal.* 95. non esse quietem Sabbathi, quia quies Sabbathi jam à prin-

principio instituta; hæc vero postea promissa est.

3. In ipso decalogo ratio observationis datur; quia Deus eum peracto labore *sanctificavit*, seu sacrum esse voluit.

4, *Exod:* 16, 23. ante legem latam, mentio fit Sabbathi, tanquam rei celebris & notæ: *cras est Sabbathum Jehovæ.*

5. Unde alioqui illa consuetudo gentium, *annum in hebdomadas dividere*?

Object.

1, *Deus illo die nihil fecit, quo ille dies celebris & sanctus fieret.* ℞ Quievit & hominem quiescere, & cultui suo vacare voluit.

2, *Adam non habebat*, servos, ancillas, advenas, &c. *Ergo hoc præceptum nihil ad ipsum.* Resp; Ergo nec quintum, nec septimum, nec octavum. Multiplicatis hominibus extenditur præceptum.

3, *Deus Judæis dedit Sabbathum.* Resp: Ut totam legem; renovavit præcepta Adamo data.

4, *Cum Judæis fœdus iniuit, quod non fecerat cum Patribus, Deut.* 5. 2. Non de observando Sabbatho; sed quod politice ejus populus essent.

5, *Soli Judæi reprehenduntur ob neglectum*

Sabbathi. ℟. Quid tum? Nec Patriarchæ ob Polygamiam reprehensi leguntur. Et qui accusatur *neglecti cultus* Dei, accusatur etiam *neglecti Sabbathi*; ut Gentes, *Rom*; 1, 33.

Controversia 2, ad præceptum 4.

An contentum quarti præcepti, scil. post sex operarios dies, septimum cultui divino dandum, *sit plane ceremoniale, in Christo abrogatum*? *N: c: Soc.*

Arg.

1, Præceptum quartum, est unum istius legis, cujus nullum mandatum expungi debet, tanquam ad nos non pertinens. *Mat.* v: 18, 19.

2, Altera pars præcepti est moralis, *sex dies erunt vestri operarii*: ergo etiam pars altera.

3, Sabbathum institutum est ante lapsum; non ergo cerimonia Judaica.

4, Ratio præcepti non est ceremonialis, neque ad Judæos tantum, sed ad omnes pertinet, *quod Deus die septimo quierit*.

5, Res mandata non est ceremonialis, sed moralis; ut *Deus publice, & solenniter colatur*.

6, Eadem omnium hominum est necessitas, *Deum certo tempore colendi*.

7, Christus *Matth*: 24, 20. De Sabbatho

batho loquitur, tanquam de re, quæ perpetuo erit. *Hyeme difficile est fugere Sabbatho anima noxium.*

Objectiones.

1, *Sabbathum dicitur signum esse.* ℞. Quid tum? res naturalis, & moralis potest fieri signum: ut *Iris*, & *Matrimonium.*

2, *Natura non docet Sabbathum.* ℞. Nec Trinitatem, nec Mediatorem, nec Regenerationem, nec Justificationem, quorum cognitio tamen moralis, & necessaria est.

3. *Col;* 11, 16. *Nemo vos judicet in N B. cibo, vel potu, vel Sabbathis; quæ umbra sunt.* ℞. Inde non magis sequitur *Sabbathum* non esse sanctum, quam *cibum* in cœna, 2. Agitur de *Sabbathis* Judæorum *judaice* observatis

4. *Matth:* 12, *Sabbathum conjungitur cum sacrificiis.* Resp: Non nisi eatenus, quod urgente tali necessitate ejus observatio intermitti possit.

Controversia 3, ad præceptum 4.

An Christiani diem dominicum observent sola consuetudine Ecclesiæ, an vero institutione Apostolica, & Divina? Neg: prius, Aff: poster: c: Socin: & Pontif.

Arg.

1, Vocatur diserte *dies dominicus.* *Apoc:* 1, 10.

1, 10, ut *cœna dominica*, 1 *Cor*; 11, 20.

2, Christus & Apostoli eum diem observarunt, atq; exemplo nobis reliquerunt, *Joh*; 20. 19, 26. *Act*; 2. 1, 2. & 20, 7, 10.11,

3. Eum diem ad exercitia sacra *ordinarunt*, 1 *Cor*: 16, 1, 2.

4, Nemo nisi auctore Deo Sabbathum Judæorum abrogare, & primum diem instituere potuit, *Gal*. 4. 10.

5, Si Ecclesia instituisset, Ecclesia posset abrogare, quod tamen nequit.

Object.

1, *Nullum habemus mandatum eum observandum*, Mansit mandatum quarti præcepti.

2, *Rom*: 14. 5. *Alius omnes dies æquales judicat*. Resp. Id non approbatur, sed dicitur, *quisque in conscientia instituti divini plene certus esse debet*.

Controversia. 4. ad præceptum, 4.

An Ecclesia habeat præter diem dominicum, alios dies festos, & sanctos proprie ita dictos? Neg. c. Pontif.

Arg.

1. Nec Christus, nec Apostoli talia festa instituerunt.

2. Neq exemplo talia festa observarunt.

3. Improbatur in verbo Dei, præter diem do-

dominicum alia festa observare, *Gal*; 4. 10. *Col*: 2. 16.

4. Ecclesia non habet auctoritatem faciendi dies sanctos, 1 *Cor*: 4, 1, 2, & 6. 12.

5. Esset cultus voluntarius, qui improbatur, *Col*; 2, 23.

6. Deus omnibus hominibus statuit *sex dies operarios*; Non est ergo in hominum potestate ex iis festos, & sanctos facere.

Object.

1. 1 *Macch*: 4. 59. *Judas Macchabaus instituit encænia*, Resp. Politica, non sacra.

2, Joh: 10, 22. *Festum innovationis templi*. Resp. Idem fuit festum, quod superius: quod ibi nec approbatur. nec improbatur.

3. *Habemus* P*ascha*, *Pentecosten*; *&c*. Resp. Non ut dies sacros, sed Ecclesiasticæ consuetudinis.

§ XXV. Quinto præcepto mandantur officia inferiorum erga superiores, & superiorum erga inferiores: ut sunt *Parentes & Filii*, *Domini &* S*ervi*, *Magistratus &* S*ubditi*.

Controversia 1. ad præceptum 5.

An homini Christiano liceat M*agistratum gerere, rempublicam regere*? ? *Aff*. *c*. *Socin*. *& Menn*.

Arg.

1, Sunt *Ministri Dei, à Deo instituti*, atque obedientia ipsis præstanda mandatur, *Rom*; 13, 1---1 *Pet*; 2, 13, 14.

2, Pro ipsorum statu, & regimine orandum est, ut scil. recte regant: Non peccant ergo quod regunt. 1 *Tim*. 2; 1, 2.

3, Prædictum est in V. T. Reges Christianos futuros. *Ps*. 72, 11. *Jes*: 49, 23. *Apoc*: 21.24.

4, Christus ipse approbat potestatem Regum. *Luc*; 22, 25. *Reges dominantur aliis*, hoc licet, *sed vos in Ecclesia non ita*.

5, In officiis constituti, ad religionem Christianum conversi, retinuerunt officia, ut, *Propr̃ator Act*; 13, 7. 12, *Centurio* c. 10.1, 47. *Dynastes* c: 8: 27. 37. *Senator* Marc: 15, 43.

6, Eadem est necessitas habendi Magistratum in N. T. qui fuit in V. T. sc. ad quietem publicam.

Object.

1, *Matth*; 20, 25. *Reges imperant, vos non sic*. ℞ In Ecclesia, vi muneris ecclesiastici.

2, *Christus noluit Rex, aut Arbiter esse*. Resp: Quia ad hoc non erat vocatus, aut electus.

3, *Regnum Christi non est de hoc mundo. Joh*; 18, 36. Resp, Nulli ergo potestatem

poli-

politicam eripit: nec lucrum in mundo, nec damnum affert.

4, *Modestia, & humilitas Christianis mandatur.* Resp. Etiam potest esse in Summis.

Controversia 2, ad præceptum 5.

An liceat Magistratus *Facinerosorum hominum sanguinem fundere? Aff; c: eosdem.*

Arg.

1, Qui sanguinem hominis fundit, ejus sanguis per hominem fundetur. *Gen;* 9, 6. debent ergo esse qui id exequantur.

2, Expresse injunctum est Magistratui in V, T. *Exod;* 21, 12.

3, Ideo dicitur gladium ferre ad puniendos malos. *Rom.* 13, 4.

4, Etiam lex Christi est, qui gladium sumit, gladio peribit. *Matth:* 26. 42.

Object.

1, *Matth:* 5, 38, 39. *Vindicta prohibita est.* Resp. Vindicta privata; Magistratus autem punit nomine Dei.

2, *Debemus hostes amare.* Matth; 5: 44: ℞ Sed magis Deum, qui eos puniri voluit.

3, *Non occides.* Resp. Innocentem, neque, auctoritate privata, nocentem.

4, *Mihi relicta est ultio. Rom:* 12, 19. ℞: Deus etiam ulciscitur cum per Magistratum punit.

5. *Debemus remittere proximo.* Resp. Injuriam nobis factam, non delictum, quatenus Deus id puniri voluit.

Controversia 3. ad præceptum 5.

An Magistratui Christiano liceat bellum gerere, i. e. se, & Patriam vi, & armis contra hostes defendere? Aff. c. Soc. & Menn.

Arg.

1. Johannes Baptista militibus bellum non interdixit *Luc.* iij. 14. Licitum ergo est.

2. In V. T. bella fuerũt licita, & Deo mandante gesta. *Jos.* 1. 6. *Jud.* iij. 9. Ergo & hodie: nam eadem utrobiq; sunt incommoda.

3. Milites nunquam à communione Christi, aut Ecclesiæ rejecti sunt, eo quod milites erant. *Matth.* viij. 18. *Act.* x, 1.

4. Qui gladium gerit ad puniendos malos, nomine officii tenetur gladio patriam defendere. *Rom.* xiij. 4.

5. Populo Christiano mandatur ut bello, & armis Anti-Christum vastent. *Apoc.* xviij. 6, 8. & xvij. 16.

Object.

1. 2 *Cor.* x. 4. *Arma militiæ nostræ non sunt corporalia.* ℞. *Nostra.* i. e. Ecclesiæ.

2. *Jes.* ij. 4. *Bellum non gerent.* ℞. i. e. Pacem in Christo habebunt, quod nihil ad impios.

3. *Deus*

3. *Deus domum ædificari noluit à Davide, quia miles erat.* 1 *Chron.* xxviij, 3. Resp. Id mysticum est, quia non domus belli, sed pacis futura erat.

§ XXVI, Sexto præcepto Deus mandat ut homo, & suam, & proximi sanitatem, & vitam conservet, eamque neque animo, nec verbis, nec facto lædat, aut minuat.

Controversia ad præceptum, 6.

An homini Christiano liceat vitam suam contra latrones, & invasores vi, & armis defendere? Aff: c: eosdem.

Arg:

1. Quisque debet domum suam protegere, & defendere, *Exod.* xxij, 2. 1 *Tim.* v, 8. Ergo etiam seipsum.

2. Juris naturalis est, omnibus animantibus datum, *ut vitam suis armis defendant.*

3. Ita etiam Christianis mandatum est, ut vitam suam *odio non habeant, sed alant, & defendant. Eph.* v, 29.

4. Homicida sui est, qui se patitur ab alio occidi, dum id prohibere potest.

5. Alioqui Christianus proximum suum, eumque latronem, magis amaret, quam se. Contra, *Matth.* xxij. 39.

Objectiones.

1, *Ne resistatis malo. Matth*: 5, 38, 39. R. Ex ira, & animo vindicandi, 2. Ubi Magistratus est, qui nos defendere potest.

2, *Tum non amas proximum*. Resp. Ut latronem amare non debeo; ut homini meliorem mentem opto.

§ XXVII. Septimo præcepto mandatur castitas sobrietas, pudor, & vigilantia.

§ XXVIII. Prohibetur autem omnis impuritas cogitationis, verborum, vestium, gestuum, picturarum, atque actionũ,

Controversia ad præceptum 7:

An Personis Ecclesiasticis recte injungatur perpetuus cœlibatus, & prohibeatur matrimonium? Neg. c. Pontif.

Arg.

1. Cuivis permissum est matrimonium contrahere: ergo & Ecclesiasticis. 1 *Cor*: 7. 28. *Heb*: 13. 4.

2. Expresse describitur, ut conditio ei optime conveniens; *sit unus uxoris vir*. 1 *Tim*: 3, 2. *Tit*; 1, 6.

3. Ipsi Apostoli habuerunt uxores. *Matth*: 8, 14, 1 *Cor*: 9, 5, 6.

4. Diabolicum est prohibere matrimonium. 1 *Tim*: 4, 1, 3.

Ob-

Object:

1, *Sancti, & Casti esse debent.* Resp. Id magis sunt in matrimonio, quam Monachi in monasteriis.

2. *Non debent implicari negotiis secularibus.* Resp. Id uniuscujusque Christiani, qua talis, est.

3, *Debent à se invicem abstinere.* ℞. Conceditur in casu extraordinario, si fiat *cum consensu utriusque partis*, nequaquã mandatur

§ XXIX. Octavo præcepto mandatur omnis æquitas, justitia, charitas, & conservatio bonorum proximi, & nostrorum.

§ XXX. Prohibetur autem furtum, & rapina, sive ea bona patriæ, sive Ecclesiæ, sive proximo, sive nobis eripiantur.

Controversia. ad præceptum, 8.

An omnia omnium Christianorum bona, omnibus debeant esse communia; Neg: c, Menn: quosdam.

Arg:

1. Quisque propriam suam domum habere, & curare debet. 1 *Tim:* 5, 8. *Proprium panem edere.* 2 *Thess:* 3, 12.

2, Etiam inter Christianos sunt divites & pauperes. 1 *Tim:* 6, 17. *Jac:* 1, 10. Ergo distincta dominia.

3, Con-

3. Contractus emptionis, & venditionis, atque æquitas in illis commendatur. 1 *Cor.* vij, 30 1 *Tim.* iv, 6. Unde oriuntur distincta dominia.

4. Eleëmosynæ in N. T. commendantur. *Eph.* iv, 28. *Heb.* xiij, 16.

5. Inutile esset præceptum de furto.

Object.

1. *Matth.* xix, 21. *Abi, & vende omnia!* ℞. Preceptum personale fuit, ad eum suæ imperfectionis convincendum.

2. *Act.* ij, 44, *&* iv, 32. *Omnia habebant communia.* ℞. Quod ad usum, & breve tempus: non quod ad dominium, ut patet. *cap.* v, 4. & xij, 12.

§ XXXI. Nono præcepto mandatur ut honorem, & bonum nomen proximi conservemus, omni veritate, fidelitate, taciturnitate, & *παῤῥησίᾳ*.

§ XXXII. Prohibetur autem mendacium, simulatio, adulatio. calumnia, mala suspicio, garrulitas, &c.

Controversia ad præceptum 9.

An sive in verbis, sive in jurejurando liceat uti æquivocatione, & mentali reservatione, e. c. Ad decipiendum proximum aliud verbis testari, aliud animo sentire? Neg. c. Jesuit.

Arg.

Arg:

1. Quisque debet deponere mendacium, & veritatem loqui cum proximo suo. *Eph:* iv, 25. 2 *Cor.* iv, 2.

2. Deus detestatur labia mendacia, os bilingue, & cor duplex. *Prov:* xij, 22, *Jer:* ix, 8.

3. Tum ridiculum est præceptum *non mentieris*: nam nec homo, nec diabolus mendacii convinci posset.

4. Necesse est turbari omnem Societatem, & contractum inter homines.

5. Nec jusjurandum posset esse finis controversiarum.

Object.

1. *Exempla Sanctorum. Ut Abrahami, Jacobi, &c: Gen:* xx, 2, & xxvij, 19: Resp. Illa nusquam approbantur.

2. *Deus propterea benedixit obstetricibus.* Exod, j, 19, 20. Resp. Non paret quod mentitæ fuerint, multo minus quod Deus propterea illis benedixisset.

3. *Deus ipse æquivocatione utitur.* Jes: 38, 1. Jon: iij, 4: Resp: Deus testatur se mala comminari ut homines resipiscant, & non immissurum si resipiscant.

4. *Joh, vij,* 8. Ego *non ascendam ad festum, & tamen ivit.* Resp. Habetur, *ego non ascendo*, i. e. nec dum.

5. *Luc:*

5. *Luc*: 24, 28. *Christus simulavit*. ℞. Nec verbis, nec ad decipiendum proximum, nec in re morali; sed composuit se, ut profecturi solent, qui & abiisset nisi à Discipulis detentus fuisset.

6, *Artes, & simulationes in bello*. ℞. 1. Est in re licita, ut simulatio somni. 2. Satis notū est hostibus, bellum *Arte* & *Marte* geri.

§ XXXIII. Decimo præcepto prohibetur minima quæque concupiscentia rei vetitæ, etiam ea, quæ præcedit consensum voluntatis.

Controversia 1. ad præceptum 10.

An, non concupisces uxorem, & domum proximi, sint duo præcepta? Neg: c. pontif.

Arg.

1. Probibetur unum, & idem peccatum; *concupiscentia*: ergo est unum præceptū.

2. Apostolus illud tanquam unum præceptum producit. *Rom*: 7, 7. *Non concupisces.*

3. Quod præponitur. *Exod*: 20. Postponitur. *Deut*: 5. Non sunt ergo diversa præcepta.

Object.

1. *Est concupiscentia alterius generis: uxoris, & domus*, Resp. Non alterius generis, sed alterius objecti: ut honoris, vitæ, castitatis. &c.

Con-

Controversia. 2. ad præceptum 10,

An illa propensio ad malum, quæ concupiscentia vocari solet. vere, & proprie sit peccatum? Aff: c. eosdem.

Arg,

1. Vocatur peccatum, & peccatum *inhabitans*, imo *corpus peccati*. Rom: 7, 17, 18, 24.

2, Repugnat spiritui. *Gal:* 5, 17. Et legi mentis. *Rom:* 7 23.

3. Mortificari, seu subigi, atque extingui debet. *Coll:* 3, 5,

4. Impedit bonum, & incitat hominem ad malum. *Rom:* 7, 19, 20, 23.

5. Non est à Deo, sed à malo. *1 Joh:* 2, 16,

6. Sancti odio habent, & propterea gemunt. *Rom:* 7, 24.

Object.

1. *Rom;* 7, 17. 18. *Ego non facio, sed peccatum in me: ergo non erat ejus peccatum.* Resp. Omne peccatum in homine, est peccatum illius.

2, *Concupiscentia parit peccatum: peccatum ergo non est.* Jac: 1, 15. Resp: Imo quicquid parit peccatum in homine, peccatum est

3. *Rom:* 8, 1. *Nihil est condemnabile in justificatis.* Resp; Ergo etiam nullum peccatum

catum actuale. Habetur, *nulla est condemnatio ob peccata.*

4, Rom; 6, 14. *Peccatum non regnet.* R. Est tamen, etiamsi non regnet.

5, *Concupiscentia est homini naturalis.* R. Quatenus, & quia corruptus est: est ergo peccatum.

Controversia, 3. ad præceptum. 10.

An motus primo-primi, seu concupiscentia mali consensum voluntatis præcedens, vere & proprie peccatum sit? Aff. c. eosdem.

Arg.

1, Est actio voluntatis humanæ, legi contraria: est ergo ἀνομία 1 *Joh*; 3, 4.

2. Repugnat bonæ voluntati & proposito pii hominis: est ergo peccatum, *Rom*: 7, 15.

3, Non oritur à spiritu regenerante, sed ex corruptione hominis: est ergo peccatum. *Math*; 15, 19.

4. Repugnat perfectioni requisitæ amandi Deum *toto corde, & omnibus viribus. Matth*; 22, 37.

Object.

1, *Non sunt in potestate hominis: non sunt ergo peccata.* Resp. Homo per lapsum potestatem plane domandi, & subigendi carnem amisit.

Con-

Controversia, 4, ad præceptum, 10.
An homo justificatus, & regenitus legem Dei perfecte adimplere possit? Neg: c. Pontif. Socin: & Remonst.

Arg:

1, Nemo cor suum plane mundare, atque à peccato purificare potest. *Prov*; 20, 9. Aut perfectus esse, *Phil*; 3, 12.

2, Homo à carne suâ captivus ducitur, ita ut, etiamsi velit, perfectus esse non possit, *Rom*; 7, 23.

3, Caro semper repugnat spiritui. *Gal*; 5, 17, Rom: 8, 13.

4, Nemo potest esse sine peccato, 1 Joh: 1, 8, *Jac*; 3, 2, *Eccles*; 7, 20.

5, Lex & moralis, & ceremonialis in sua perfectione est jugum, quod nemo ferre potest, *Act*; 15, 10.

6, Ideoque omnes, qui sunt sub lege, sunt sub maledictione, quatenus, & quia eam implere non possunt, *Gal*; 3, 10.

Object.

1, *Matth*; 11, 30. *Lex est facilis*, Resp. Nihil de lege, sed de jugo Christi dicitur, quod sit homini gratum, & acceptum.

2, *Qui diligit proximum, legem implevit. Rom*; 13, 8. Resp. Illud etiam perfecte facere non possumus. 3, *San-*

3, *Sancti dicuntur implevisse legem. Jos:* 11, 15. *Luc:* 1, 6, *Act:* 13, 22. Resp; Sinceritate animi, conatu, & perfectione partium, non graduum.

4, *Qui ex Deo natus est peccatum non facit.* 1 *Joh:* 3, 6, Resp. Ad mortem.

Controversia. 5. ad præceptum, 10,

An omnia opera regenitorum sint imperfecta, & peccaminosa? Aff: c. eosdem.

Arg.

1, Omnis justitia nostra est pannus maculatus. *Jes:* 64, 6.

2, Virtutes fidei, & charitatis sunt imperfectæ: ergo etiam opera inde orta, 1 *Cor:* 13, 9, 10.

3, Quando bonum facere vult, malum adjacet. *Rom;* 7, 21.

Object.

1, *Pii optant, & precantur ut perfecti sint: ergo possunt.* 1 *Thess:* 5, 23, Resp: Desiderant majorem perfectionem, adeoque sentiunt se, & opera imperfecta esse.

2, *Sæpius mandatur, ne peccate omnino.* Resp, Dicitur quid debeamus, non quid possimus.

3, *Ergo omnia bona opera merentur damnationem,* Resp; Ita, si Deus juste nobiscum ageret.

geret. Instant. *Quis ergo adduci posset, ut bona opera faceret?* Resp; Pii, qui nôrunt quod opera, etsi imperfecta, in Christo tamen Deo placent.

Cap. XV.

DE ECCLESIA.

§I, NOmen Ecclesiæ propriè multitudinem, & cætum hominum significat: eumque vel *Politicum*. *Act*; 19, 32, 39, 40 Vel *Sceleratorum*. *Ps*; 26, 5. Vel *Sanctorum* ad Deum colendum coeuntium. 1 *Tim*; 3. 15. Quæ significatio increbuit, & sola jam obtinet.

§II. Quia vero Sancti illi omnes vel *ut unum corpus* considerari possunt, vel ut *divisi in cœtus particulares*, inde nomen Ecclesiæ quandoq; *totum corpus* Sanctorum significat. *Act*; 20, 28. Quandoque *ejus partes*. *Act*, 9, 31.

§III. Ecclesia priori modo est *cœtus eorum hominum, qui à Deo Patre electi, à Filio redempti, à Spiritu S. sanctificati sunt*. 1 Pet; 1. 2.

§IV. Estque hæc una, sancta, Catholica. *Joh*: 10, 16.

§ V,

§ V. Cujus caput solus Mediator Christus est, idque, 1. Ratione dignitatis. 2. Imperii. 3, Et influxus, quo Ecclesiam, ut suum corpus, regit. *Eph*: 1, 22.

§ VI. Et quia membra hujus corporis partim in Cœlo, partim in terra sunt, inde Ecclesia primâ divisione in *triumphantem*, & *militantem* dividitur. *Heb*: 11, 23.

§ VII. Militans est *cœtus hominum vocatorum qui veritatem divinam corde credunt, ore profitentur, & communionem Sanctorum promittunt. Act*: 2, 41, 42.

§ VIII. Atque hæc etiam vel ut unum corpus, per totum terrarum orbem dispersum, considerari potest, vel ut ejus membra in cœtus particulares coeunt. 1 *Cor*; 1, 2.

§ IX. Et quia particulares ad Deum publicè colendum coeunt, inde duplex nascitur Ecclesiæ status *Internus*, & invisibilis conjunctio cum Christo, & *externus*, & visibilis conjunctio cum se invicem, 1 *Cor*; 12, 12, 13.

§ X. Externum statum, & opera in eo peragenda, etiam imitantur reprobi, & hypocritæ, qui tamen ideo vera Ecclesiæ membra non fiunt, *Gal*; 2, 4.

§ XI. Omnia bona, quæ de Ecclesia in-

stitura dicuntur, quæque ei promittuntur, ad sola Christi membra pertinent.

§ XII. Particulares Ecclesiæ proprie visibiles sunt, & notis suis distinguuntur.

Controversia. I.

An nomen Ecclesiæ, & unius Ecclesiæ in verbo Dei non tantum detur cœtui singulari, qui in unum locum coit, verum etiam toti corpori fidelium, veritatem profitentium? Aff; c. Independentes.

Arg.

1, Omnes Confessores constituunt unum corpus Ecclesiasticum: Ergo unam Ecclesiam 1 *Cor*; 12, 13, 27. *Eph*; 4, 11, 12.

2. Totum illud corpus dicitur unum ovile, *Joh*: 10, 16. una domus, 1 *Tim*: 3, 15. Templum Dei, 2 *Thess*; 2, 4. Clerus Domini, 1 *Pet*; 5, 2, 3.

3, Ecclesia visibilis est etiam Sponsa Christi, Mater fidelium; illa vero una est. *Cant*: 6, 9, *Gal*; 4, 26.

4, *Act*: 15, 22. Nomine unius Ecclesiæ decreta statuuntur, & mittuntur.

5. *Qui* convertuntur, dicuntur Ecclesiæ (in singulari) addi. *Act*: 2, 37. Considerantur ergo ut unum corpus.

6. Deus dicitur celebrari in Ecclesia,

Eph:

Eph: 3, 10, 21, *Heb:* 2, 12. Omnes ergo unam faciunt Ecclesiam externam.

Object.

1, *Matth;* 18, 17. *Dic Ecclesiæ.* Resp: Conceditur nomen Ecclesiæ etiam cætui particulari tribui, verũ ita etiã toti corpori.

Controversia, 2.

An impii, hypocritæ, & reprobi, qui veritatem externe profitentur, etiam sint vera membra Ecclesiæ Christi? Neg: c. Pontif.

Arg.

1, Diserte dicuntur *falsi* fratres. *Gal;* 2, 4: *Ex nobis non esse.* 1 *Joh;* 2, 19. Ergo non vera membra.

2. Vera membra sunt oves Christi. *Joh;* 10, 3, 16. Hypocriti autem non sunt.

3, Qui Christum non habet caput, non est membrum Ecclesiæ. *Eph;* 5, 23. Impii autem, & hypocritæ Christum caput non habent.

4. Impii, & hypocritæ sunt membra Diaboli, ergo non veræ Ecclesiæ. *Joh:* 8, 44.

Object.

1, *Ecclesia comparatur areæ, sagenæ, ovili, domui, in quibus boni, & mali. Matth;* 3, 12. & 13, 47. Resp: Concedimus malos

in

in Ecclesia externa esse, non de Ecclesia.

2, Joh; 15, 2, *Sunt etiam Rami in Christo, qui fructus non ferunt: ergo mali possunt esse membra Christi, & Ecclesiæ.* R. Non dicuntur esse in Christo, sed de Confessoribus Christi dicitur, quod si in Christo, & amore Christi fructus non ferant, exscindendi sint,

3, *Baptizati sint. Act;* 8. 13 Resp. Signum tantum habent.

4, *Si soli electi, & fideles constituant Ecclesiam, nemo eam nosse posset, nec se ei adjungere.* Resp: Cætum externum nosse possumus, & nos adjungere iis, qui veritatem profitentur.

Controversia 3.

An fieri possit, ut nondum baptizati, excommunicati, schismatici, & quæ visibilis Ecclesiæ membra non sunt, membra sint Ecclesiæ Catholicæ, & corporis Christi? Aff: c: Pontif;

Arg:

1, Fieri potest ut sint oves Christi. Joh: 10, 16. Populus Dei. Act 18. 10. Electi, & Sanctificati; ergo membra Ecclesiæ Catholicæ, & corporis Christi. 1 Cor: 12, 13.

N 2, Fieri

2, Fieri potest ut fidem habeant, & vere pii sunt, *Matth*; 8, 10. & 15, 28. *Act*; 10. 1, 2. Tales autem membra Christi sunt.

3, Fieri potest ut salventur, ut Latro in cruce, *Luc*: 23, 43. At oves Christi tantū salvantur. *Matth*; 25, 33.

4, Christiani sæpe injustè excommunicantur. *Joh*; 9, 25, 31, 3 *Joh*; ℣ 10,

Object.

8, *Per Baptismum primo initiamur Ecclesiæ*, Resp: Ecclesiæ visibili, ut signo professionis: sed per Spiritum S. inserimur Christo, quod etiam ante Baptismum fit.

2, *Excommunicatus est tanquam Ethnicus*. *Matth*; 18, 17. Resp: In eo, quod ad cœnam admitti non debeat: fieri tamen potest ut intus Frater sit, qui foris Ethnicus habetur. 2 *Thess*; 3, 14.

3. *Pars scissa à corpore non manet pars corporis*. Resp; Scinduntur quidem ab Ecclesia particulari, visibili, non semper tamen ab universali, invisibili.

§ XIII. Ecclesia dicitur *visibilis*. 1. Ratione *materiæ*, seu personarum ex quibus constat. 2, Ratione *partium*, seu cætuum particularium. 3, Ratione formæ externæ, & regiminis.

Invi-

Invisibilis autem ratione *formæ internæ*, puta, veræ fidei; atque ideo totum corpus Christi mysticum invisibile est.

Controversia.

An Ecclesia in hisce terris aliquando ita possit obscurari, diminui, & supprimi, ut nullus ejus cœtus illustris publice appareat, hostibus, & mundo notus? Aff c: Pontif:

Arg.

1, Ecclesia in V. T. ita diminuta, & obscurata fuit. 1 *Reg*: 19, 14, 18. 2 *Reg*: 17, 29. 2 *Chron*; 15, 3.

2, Sic etiam tempore Christi, cum omnes offendebantur. *Matth*, 26, 31. Et clam conveniebant. *Joh*; 20. 19. *Act*; 1, 13.

3, Prædictum est fore, ut Ecclesia in desertum, extra conspectum hostium, fugiat. *Apoc*: 12, 6. 14. Ut totus mundus Antichristum adoret. *Apoc*; 13, 7, 14.

4, Pontificii, qui se veram Ecclesiam somniant, ita inter nos latere possunt, ut conventus illorum ignoremus.

Object.

1, *Matth*; v, 14. *Vos estis lux mundi, urbs in monte sita occultari nequit.* Resp: Non de Ecclesia, sed de pastoribus agitur, qui prædicatione verbi mundum illuminant

omniumque occulis, & censuræ, ut urbs in monte, expositi sunt: illi tamen & minui, & mori possunt.

2, *Dic Ecclesiæ.* Matth, 18, 17. Resp. Id non hostibus, sed membris Ecclesiæ dicitur: illis autem, qui in ea vivunt, Ecclesia satis nota est.

3. *Debemus nos ei adjungere.* Resp. Tum, cum eam indagare possumus.

4, 1 *Tim*, 3, 15. *Est domus Dei.* Resp; Potest etiam esse domus, quæ nullis, nisi domesticis, nota est: ut *Roma subterranea.*

5, *Sunt in ea Pastores, Doctores, &c.* R. Illi etiam in Ecclesia parva, & latente esse possunt

§ XIV. Deus conservat Ecclesiam hoc modo. 1, Universalem invisibilem, semper. 2, Semper etiam in aliqua parte mundi reservat sibi Ecclesiam particularem institutam. 3. Sed hanc non perpetuo in eodem loco; modo hic, modo illic.

§ XV. Ecclesia tribus modis potest dici deficere. 1, *In doctrina*; labendo in errores. 2, *In vita*, perpetrando peccata. 3. *In loco*; cum vel decedit, vel expellitur, vel Confessores moriuntur.

Controversia 1.

An quælibet Ecclesia particularis visibilis e-

tiam

iam Romana, prolabi possit in errores? aff: c: Pont:

Arg.

1, Ecclesia ante adventum Christi, errare potuit. *Exod:* 32. 2 *Reg:*23, 22, *Neh:* 8, 18.

2, Ecclesia, cum Christus moreretur, errare potuit: sive Pharizæos, sive Apostolos Ecclesiam appelles.

3, Ecclesiæ particulares reprehenduntur ob errores, 1 *Cor*; 1, 12. & 11, 18. & 15, 13. *Gal*; 1, 6, & 3, 1. *Apoc*; 2, 20.

4, Omnium hominum cognitio imperfecta est: possunt ergo errare. 1 *Cor*; 12, 9.

5, Ideo monentur ut sibi caveant ne seducantur, 2 *Thess:* 2, 3. 2 *Cor*; 11, 3.

6, Possunt peccare; ergo etiam errare.

Object.

1, 1 *Tim*; 3, 15. *Est columna veritatis.* Resp. Quamdiu veritatem docet: hoc tamen non obstat, quo minus & peccare, & errare possit.

2, *Habet Spiritum S. Joh*; 16, 13. Resp. Ita etiam Petrus, & quilibet fidelis; qui tamen errare possunt.

3, *Debemus credere Ecclesia. Matth:* 18. R. Quamdiu nobis proponit verbum Dei.

4, *Ecclesia est sancta.* Resp; Sic etiam erat Adam, qui tamen errare potuit.

Controversia. 2,

An major pars totius Ecclesiæ visibilis, quæ in terra est, sive ea dispersa sit, sive in Synodo congregata, in errores, & hæreses prolabi possit? Aff: c. eosdem:

Arg.

1. In V, T, sæpe major pars erravit. *Exod*: 32, *Jer*: 5, 31, & 6, 13. 1 *Reg*: 22, 6.

2. Sic etiam tempore Christi major pars Synagogæ meliorem vicit, *Joh*: 9, 22. & 12. 42. Et ipsi errabant Apostoli. *Matth*: 16, 22 *Act*: 1, 6, & 10, 14. 18. & 11. 2.

3. Major pars Confessorum docuit aliquando Chiliastarum fabulam, de mille annis, Eucharistiam Infantibus dandam; secundas nuptias esse malas; animas ad diē judicii non frui visione Dei; & in Arianismum prolapsa est- &c.

4. Fatentibus adversariis, *fieri potest, ut adeo crescat numerus hypocritarum, ut plures sint hæretici occulti, quam veri & perfecti catholici*. Bellarum. lib, 3. de Eccl. Mil. cap, x.

Object.

1. *Ecclesia gubernatur à Christo, ut capite*. Resp. Ita etiam quilibet fidelis, qui tamen errare potest.

2. *Luc*: 22, 32, *Oravi pro te, ne deficiat fides*

fides tua. Resp. Oravit ut Petrus maneret fidelis, qui tamen errare potuit; *Gal*; 2, 14.

Controversia. 3.

An qualibet Ecclesia particularis, etiam Romana, procedente tempore è loco possit deficere: ita ut deinde in illo loco nulla vera Ecclesia sit? *Aff: c: eosdem.*

Arg.

1, Sic in V, T. defecerunt Ecclesiæ particulares. *Jes*; 1, 2, *Jer*; 7, 12. *Matth*; 21, 23.

2, Ecclesiæ primæ Asiæ pleræque defecerunt: Antiochena, Alexandrina, &c.

3, Quod Ecclesiæ Ephesinæ dictum est: *movebo candelabrum è loco suo. Apoc*; 2. 5. Id etiam aliis, & dici, & evenire potest.

4. Expresse dictum est Ecclesiæ Romanæ, *ne effertor animo, quasi errare non possis, sed time--- ne Deus tibi quoque non parcat---- alioqui & tu excideris. Rom*; 11. 20, 21, 22.

5, Germania, Swecia, Anglica, Dania, Belgium, &c. jam deseruerunt papatum. potest ergo Romana Ecclesia è locis suis deficere: & uti ex his, ita ex Italia.

Object.

1, *Est columna veritatis.* Resp: Non Romana. Vera Ecclesia manet columna veritatis, etiamsi de loco in locum transeat.

2, *Psal.*

2, *Psal*: 48, 9. *Fundavit eam in æternum.* Resp, Non Ecclesiam Romanam, sed corpus Christi mysticum.

3, *Portæ inferorum non prævalebunt ei.* Resp, i, e. non condemnabitur: fideles tamen mori possunt, & impii in ipsorum locum succedere.

Controversia, 4.

An semper in mundo futura sit aliqua vera Ecclesia, & veri fideles, atque ita Ecclesia deficere non possit, ut ulla usquam supersit? aff: c: Socin:

Arg.

1, Semper supererit Regnum aliquod Christi, & veri ejus cultores. *Ps*, 72, 5, 17, & 89, 37. *Dan*; 2, 44. *Luc*; 1, 33.

2, Ad finem mundi Pastores, & Sacramenta in Ecclesia supererunt. *Matth*; 28, 20. 1 *Cor*; 11, 26.

3, Periret mundus, si nulla usquam superesset Ecclesia. 1 *Cor*; 15, 25, *Tunc erit finis*. *Apoc*; 6, 11.

4, Ecclesiæ status ad finem mundi describitur in Apocalypsi.

Object.

1, *Omnes fideles, & omnes Ecclesiæ particulares deficere possunt.* Resp; Ut homines mori possunt; novi tamen in locum priorum succedunt.

2, *Apoc*;

2, *Apoc*: 14, 8. *Babylon omnes gentes potat vino fornicationis suæ.* Resp; Omnes *quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ. Apoc*;13,8:

2, *Religio est res libera, quam deserere omnes possunt.* Resp; Imo est res necessaria, qua fideles vident se nullo modo carere posse. *Act*; 4, 20.

§ XVI. Triplex est necessitas nos adjungendi Ecclesiæ. 1, *Præcepti*; quia Deus jussit. 2, *Medii externi*; ut nos ipsos, & proximum ædificemus. 3, *Signi*; ut nos à profanis separemus.

Controversia.

An unusquisque teneatur inquirere, quæ sit vera Ecclesia, atque ei se adjungere? Aff: c: Libert: & Socin:

Arg.

1, Ideo à Deo colligitur Ecclesia, ut, qui salvari voluit, se ei adjungant. *Act*. 2, 47. *Eph*: 4, 11, 12.

2, Graviter reprehenduntur, qui Ecclesiam contemnunt, & deserunt. 1 *Cor*; 11, 22. *Heb*; 10, 25, 38. 1 *Joh*; 2, 19.

3, Pastores concionari debent. 2 *Tim*; 4, 2, fideles verbum recipere. *Jac*; 1, 21. Antecessoribus obedire. *Heb*; 13, 17. Ergo se Ecclesiæ adjungere.

4. Debemus sacramentis uti in Ecclesia, ergo nos ei adjungere, 1 *Cor*, xj. 24.

Object.

1. *Ad salutem consequendam satis est Christi praecepta servare.* Resp: Etiam praeceptum Christi est, ut nos Ecclesiæ adjungamus. *Matth*, xviij, 17. *Dic Ecclesiæ.* & xxviij, 19. *Ite, docete.*

2. *Qui crediderit salvabitur.* ℟. Fides est ex auditu verbi in Ecclesia. *Rom.* x, 17.

§ XVII. Vera autem Ecclesia agnoscitur ex notis ejus, quæ sunt signa externa *evidenter, & certo* indicantia quænam sit vera Ecclesia, ut confessio veritatis.

Controversia 1. de notis.

An ulla tales notæ veræ Ecclesiæ dentur, aut dari possunt? aff: c: Socin.

Arg.

1. Scriptura S. expresse ponit signa, & ex veris signis veram Ecclesiam arguit. 1 *Joh*; iv, 2, *Joh*; viij. 32. & xiij, 55.

2. Ex defectu verorum signorum Ecclesia falsa arguitur. *Apoc*; ij, 2, 9. *Rom*; ij, 18.

3. Si nullæ essent notæ, nemo Ecclesiam veram à falsa distinguere posset, contra 1 *Tim*; iij, 15. Neque opus esset omnia probare; contra 1 *Thess*; v, 21. 1 *Joh*; iv, 1.

4. Doct-

4. Doctrina Christi nota est; potest ergo ex ea, tanquam ex nota colligi, quæ sit vera Ecclesia, 2 Joh, ℣. 10.

Object.

1. *Predicatio verbi constituit essentiam Ecclesiæ; ergo non est nota.* Resp. Externam, atque ideo est nota: ut forma hominis ostendit hominem.

2. *Predicatio verbi non est notior Ecclesiâ.* Resp. Prius nota esse debet, quam scire possumus, an hic cætus sit vera Ecclesia.

Controversia, 2. de notis.

An confessio veritatis cum legitimo sacramentorum usu, vera nota Ecclesiæ instituta sit? aff: c: Pontif.

Arg.

Confessioni veritatis convenit definitio notæ, quod sit signum externum, inseparabile, necessario convincens.

1. Est signum externum. *Rom*; x, 10. *Joh* viij, 27. & x, 31.

2. Est signum inseparabile, 2 *Joh*, ℣. 2. 1 *Tim*; iij. 15.

3. Est signum certo convincens: ubi enim illa nota est, ibi est vera Ecclesia. *Joh*; viij, 31. & xv, 7. ubi illa non est, ibi falsa est Ecclesia. *Gal*; j, 8. 2 *Tim*; ij, 18.

4. Di-

4. Diserte proponitur ut signum. 1 Joh; 4, 6. *Ex hoc agnoscimus spiritum veritatis, & Sp: erroris.*

Object.

1. *Omnes id sibi adscribunt.* ℞. Sed falso.

2. *Ea nota est magis ignota, quam Ecclesia.* ℞. Forte quam ille cœtus hominum: quem tamen Ecclesiam veram esse, nisi ex hac nota cognosci non potest.

3, *Ecclesia Corinthiorum, & Galatarum, vera Ecclesia erant, & tamen ibi non erat sincera prædicatio verbi. Gal;* 1. Resp. Eatenus etiã non erant veræ Ecclesiæ, sed errantes.

Controversia, 3. de notis.

An vera nota Ecclesia sint: antiquitas, duratio, amplitudo, successio, miracula, felicitas, sanctitas, &c, *Neg: c. Pontif.*

Arg.

1, *Nota non sunt Ecclesia proprie.* Antiquitas, amplitudo, felicitas &c. possunt etiam esse in Ecclesia falsa, & hæretica.

2, *Non semper conveniunt Ecclesia:* Christiana enim Ecclesia tempore Christi non fuit antiqua, ampla, prospera, cum successione Doctorum.

3, Neque hæ conveniunt Ecclesiæ Papisticæ.

Con-

Controversia, 1. de Capite Ecclesiæ.

An aliquis homo possit esse Caput totius Ecclesiæ, quod ad influxum internum, & dona gratiæ? Neg: c. Pontif.

Arg.

1, Quia solus Deus per Christum dona gratiæ distribuit. 1 *Cor*: 2, 7, 9.

2, Omnipotens, & omniscius esse deberet, si omnibus gratiam daret.

3, Deberet fideles manu sua custodire, & ad gloriam evehere, quod nequit. *Joh*; 10, 28.

4, Illo homine moriente deficeret omnis influxus gratiæ, & apostataret Ecclesia

Controversia, 2. de Capite Ecclesiæ.

An aliquis homo præter Christum sit Caput Ecclesiæ, quod ad regimen externum: seu, an Ecclesia post Christum regi debeat ab uno visibili Monarcha? Neg: c. eosdem.

Arg.

1, Diserte dicitur *quod in mundo sint Monarchæ, sed in Ecclesia non erit sic. Matth*; 20, 25, 26, 27. *Luc*: 22, 24.

2, Potestas Ecclesiæ non est uni, sed pluribus data. *Matth*; 18, 18, Joh; 20, 23. *Act*: 15. 22.

3. Pastores omnes sunt *Ministri*, non *Do-*

Dominus Ecclesiæ. 2 *Cor*; 4, 5: 1 *Pet*; v, 5.

4, Ubi officia Ecclesiastica enumerantur, ibi nulla mentio fit talis Monarchiæ. 1 *Cor*: xij, 29. E*ph*; iv, 11.

5, Solus Christus est, & manet caput, & Dominus Ecclesiæ.

Object.

1, *Ecclesia Judaica semper fuit gubernata ab uno visibili capite, summo Pontifice; ergo etiam hodie ita regi debet.* Resp: Summus Pontifex solius Christi figura erat; qui postquam venit umbræ evanescere debent.

2, *Ecclesia comparatur cum exercitu bene ordinato, cum regno, cum ovili, cum domo, cum humano corpore: ergo in ea caput esse debet.* Resp: Caput illud est Christus.

3, *Christus in terra vivens fuit visibile caput Ecclesiæ.* Resp: Manet quod fuit. Hodie etiam visibiliter regit per Ministros. 2, Aliud caput præter se instituere noluit.

Controversia 3. de capite Ecclesiæ.

An Petrus loco Christi à Christo institutus fuerit totius Ecclesiæ Monarcha, cujus potestati omnes Apostoli & fideles subjecti fuerunt? Neg: *contra eosdem.*

Arg.

1. Orta contentione inter Apostolos, *quis*

Princeps

Princeps & caput esset, Christus *dominationem unius* prohibuit. *Luc*; 22: 25, 26.

2, Cum Corinthiorum alii Paulum, alii Petrum caput statuerent, Paulus id reprehendit, 1 *Cor*; 1, 12:

3, Omnes Apostoli æquali potestate missi sunt. *Joh*; 20: 21, 23: *Ut Pater me misit, mitto vos. Matth*; 28, 19.

4, Apostoli omnes ex æquo fundamentũ Ecclesiæ appellantur. *Eph*; 2: 20: *Apoc*: 21: 14.

5, Paulus nulla in re Petro minor esse voluit. 2 *Cor*: 11. 5. Sed ei dextram Societatis dedit. *Gal*; 2, 9.

6, Petrus nusquam pro Monarcha agnitus fuit: sed ad Ecclesias missus *Act*, 8. 14. Levi de causa reprehensus, & rationem reddere coactus. *Act*; 11, 3:

7; Ipsi Petro dictum est, *dic Ecclesiæ Matth*; 18; 17, 21.

Object.

1, *Tu es Petrus, & super hunc Petram ædificabo Ecclesiam.* Resp: Petra autem est Christus. 1 *Cor*. 10, 4. *Eph*; 2, 20.

2, *Claves regni Petro datæ, Matth*; 16, 19. Resp: Imo datæ sunt omnibus c, 18, 18, & *Joh*; 20, 23.

3, *Joh*; 21, 15. *Pasce oves meas*, Resp: Id omni-

omium pastorum officium est. 1 *Pet*; 5, 2.

4, *Primus recensetur.* Resp; aliquando non. *Joh*: 1, 45, 1 *Cor*; 1, 12. & 3, 22. & 9, 5. *Gal*: 2, 9.

Controversia, 4. de Capite Ecclesiæ.

An Petrus fuerit Episcopus Romanus? Neg: c. eosdem.

Arg.

1, Apostoli non fuerunt tales Episcopi; sed ipsorum officium ab officio Pastorum distinctum fuit. 1 *Cor*; 12, 28, 29. *Eph*; 4, 11.

2, *Paulus* erat Apostolus gentium, ut *Petrus* circumcisionis. *Gal*; 2, 7, 8, 9.

3. Si Petrus Romæ fuisset Episcopus, Paulus in epistola ad Romanos ipsum salutasset, quod non fecit. *Rom*; 16.

4, Paulus Romæ scribens dicit se neminem tam fidelem invenisse quam Timotheum. *Phil*: 2, 26. Non habuisse coadjutores nisi *Marcum* & *Justum*. *Col*: 4, 10, 11. *Lucam* solum secum fuisse. 2 *Tim*: 4, 11. In prima defensione neminem ei ab auxilio fuisse v. 16, Ergo Petrus illic non erat, multo minus Episcopus.

Object.

1. *Petrus primus prædicavit gentibus* *Act*:

Act; 15,7. Resp. Plures erant gentes, quam Romæ: neque Episcopus fuit omnibus in locis, in quibus prædicabat.

2, 1 *Pet*; 5, 13. *Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylon.* Resp. Proprie, non mystice ita dictum: ut solent in subscriptione epistolarum.

3. *Petrus Romæ occisus est.* Resp. Hæc duo si vera essent, non tamen probarent Petrum ibi fuisse Episcopum.

Controversia 5. de Capite Ecclesiæ.

An Papa Romanus sit successor Petri, & Caput totius Ecclesiæ? Neg: c. eosdem.

Arg.

1. Petrus nec Episcopus Romanus, nec Papa fuit. ergo nemo potuit ipsi succedere.

2, Petro mortuo, non Linus, aut Cletus; sed aut *Johannes*, aut aliquis ex Apostolis succedere debuisset.

3, Nemo Apostolis, in apostolatu successit.

4, Papa ne quidem membrum Ecclesiæ est, sed Antichristus.

Object.

1, *Successio est necessaria in Ecclesia.* Resp. Doctrinæ in tota Ecclesia, non officii Apostolici,

stolici, aut doctorum in eodem loco.

2, *Pobatur id ex conciliis, & patribus.* ℞. Debebat probari ex verbo Dei.

Controversia, 1, de Antichristo.

An Antichristus ille magnus tantum debeat esse una numero persona? Neg: c. eosdem.

Arg.

1, Dicuntur multi Anti-christi, 1 *Joh*; 2, 18.

2, Antichristus cæpit tempore Pauli, 2 *Thess*; 2, 7, & Johannis. 1 *Joh*; 4, 3. Duraret autem usque ad finem mundi: ergo.

3. Regnum loco imperatoris obtineret. *Apoc*: 13, 12. Ergo non magis est una persona, quam bestia, cui successit.

4. Ea, quæ de Antichristo in Apocalypsi narrantur, ab uno homine peragi non possunt.

Object.

1, *Tantum regnabit per tempus, tempora, & dimidium tempus, i. e. tribus annis cum dimidio. Apoc*; 12, 14. Resp; Ea explicatio ficta est. Neque hoc de tempore Antichristi, sed de conservatione Ecclesiæ ab ejus tyrannide dicitur.

2, 2, *Thess*; 2; *Apoc*; 13, *&c. Describitur ut una persona.* Resp. Unus tantum simul regnat; alii autem succedunt. Ut in omni monarc hia.

3, *Si*

3, *Si venerit alius in nomine suo*, Joh; 5, 43, Resp. *Alius* non de una tantũ persona, sed de omnibus ita venientibus dicitur, ut Joh; 4, 37

Controversia, 2, de Antichristo.

An Antichristus ille magnus jam venerit? Aff: c. eosdem.

Arg.

1. Quia Cæsar, qui ipsum retinebat, jam diu potestatem suam in Italia perdidit, vide 2 *Thess*; 2, 8.

2, Pontifex vero in locum ejus successit & potestatem ejus sibi rapuit: ergo jam venit, *Apoc*; 13, 12.

3, Imperium Romanum jam diu in decem reges divisum est: quod non nisi manifestato Antichristo futurũ erat. *Apoc*; 17, 12.

Object.

1, *Imperator Romanus adhuc est*. Resp. Nomine, non re: atque ita superesse debebat. *Apoc*; 13, 12.

2, *Henoch & Elias nondum venerunt. Apoc*; 11, 3. ℟. Nec id futurum legitur. Per Henoch & Eliam intelliguntur Doctores veræ Ecclesiæ, qui durante imperio Antichristi persecutionem paterentur.

3, *Antichristus veniet demum in fine mundi*, Res. à Christo ad Diem Judicii vocatur tempus ultimum. Con-

Controversia 3. de Antichristo.

An Papa Romanus sit Antichristus ille magnus, de quo loquitur Scriptura S. aff: c: Pontif.

Arg.

Omnes notæ Antichristi ei conveniunt.

1, Debebat sedere Romæ. *Apoc*. 17,9,18.

2, Debebat esse septimus Rex quod ad modum imperandi; atque ita Imperatori succedere. *Apoc*; 17,11. & 13,12. 2 *Thess*; 2,4.

3, Debebat haberi cornua Agni, seu prætendere potestatem Christi. *Apoc*; 13, 11.

4, Debebat in Ecclesia sedere ut Deus, seu divinam auctoritatem sibi arrogare. 2 *Thess*: 2,4.

5, Debebat signa & miracula pretendedere. 2 *Thess*; 2, 9, 10. *Apoc*. 13, 14. Hæc, & reliqua in Pontificem quadrant,

Object.

1, *Sedes Antichristi erit in urbe, in qua Christus crucifixus est*. *Apoc*; 11, 8. Resp. Habetur *spiritualiter* crucifixus est, quod fit ubique, ubi ejus doctrina supprimitur.

2, *Debebat esse Judaus, ex tribu Dan, & recipi à Judæis pro Messia*. Resp. Nugæ sunt & Fabulæ Bellarmini.

3, *Debebat se extollere supra Deum, negare Christum*. Resp, Id agit, cum mandata

Dei

Dei solvit, &c. cum officia Christi evertit.

4, *Debebat persequi Sanctos.* Resp. Ita etiam semper fecit.

§ XVIII. Ministri Ecclesiæ *ordinarii* in V. T. erant. Sacerdos primus, Sacerdotes, Levitæ, Scribæ; *extraordinarii*, Prophetæ.

§ XIX. In N. T. *ordinarii* sunt: Pastores, Seniores, Diaconi: *extraordinarii*, Apostoli, & Prophetæ, 1 *Cor*; 12, 28.

§ XX. Quadruplex est potestas Ecclesiæ. 1, Vocandi Pastores. 2, Prædicandi verbum Dei. 3, Administrandi Sacramenta. 4, Exercendi disciplinam.

§ XXI. Vocatio autem statuitur duplex. 1, *Interna*, qua Deus alicui animum, & requisita dona largitur. 2, *Externa*, ad quam pertinet. 1, Electio Ecclesiæ. 2, Examinatio. 3, Confirmatio.

Controversia 1. de Ministris Ecclesiæ.

An vocatio Ministrorum jam sit necessaria, seu an nemo possit esse Pastor Ecclesiæ, Sacramenta administrare, nisi qui ad hoc ab Ecclesia vocatus est? aff: c: Socin: Menn: & Remonst:

Arg.

1, Scriptura vocationem requirit. *Rom* 10, 15. *Heb*; v, 4, 5.

2, Non vocatos reprehendit. *Jer*; 23. 21,

3 Chri-

3. Christus & Apostoli sic præiverunt. *Matth*: 28, 19, 2 *Tim*; 2, 2. *Tit*; 1, 5,

4, Debent esse legati, & dispensatores mysteriorum Dei, 1 *Cor*, 4. 1, Ergo vocari.

5. Diaconi debent vocari; ergo multo magis pastores. *Act*; 6, 5, 6, 2 *Tim*; 3, 10---

Object,

1, *Est opus charitatis*. Resp. Etiam specialis officii.

2, *Cuivis licet desiderare Episcopatum*. ℞. Licet cuivis per idonea media ad hoc aspirare, sed non sine vocatione invadere.

3, *Philippus Baptizavit*. *Act*; 8, 38. ℞. Extraordinarium mandatum habebat Spiritus S: & vocatus erat ad Diaconatum, imo *Evangelista* erat c. 21, 8.

4, *Pascha à Patribus familias celebrabatur*. ℞. Quid tum? si Deo instituere visum.

Controversia, 2, de Ministris Ecclesiæ.

An præter electionem, & vocationem populi ad munus Ecclesiasticum obeundum, requiratur præterea missio, ordinatio, & institutio Act: c. eodem.

Arg.

1, Eadem, quæ supra argumenta.

2. Patet ex impositione manuum, 1 *Tim*; 4, 14, ib: 5, 22, *Heb*; 6, 1, 2.

3, Po-

3, Populus potestatem concionandi,& sacramenta administrandi ipse non habet, nulli ergo dare potest.

4, Est officium, quod cum potestate, & auctoritate exerceri debet: debet ergo potestas dari.

Object.

1, *Electio Ecclesiæ est fundamentum ministerii.* Resp, Est principium ministerii in illo loco, non vero fundamentum potestatis ubique locorũ illud munus exercendi.

2, *Electio facit conjugem.* Resp. Requiritur etiam confirmatio.

3, *Quid si nemo sit, qui confirmare possit?* Resp. Hic casus fictus, qui non evenit.

4, *Hoc est Pontificiorum successionem inducere?* Resp. Neg: quia nec notam Ecclesiæ dicimus, nec perpetuam in uno loco, nec scitu necessariam.

Act. 14. 23. *Per suffragia creabant Presbyteros.* Resp. Eligebant, sed Apostoli electos confirmabant.

Controversia, 3, de Ministris Ecclesiæ.

An primi Reformatores, Lutherus, Calvinus, & alii habuerint legitimam vocationem? Aff: c, Pontif.

Arg

Arg.

1, Erant Idonei, ab Ecclesia vocati, à Magistratu approbati, atque principio ab ipsa Romana Ecclesia ad docendum constituti.

Object

1, *Ergo Ecclesia Romana est vera Ecclesia.* Resp. Fuit principio: Et postea impura facta, hoc tamen secundum verbum Dei peregit, quod Ministros vocavit.

2, *Sequentes ab Episcopis solitis ritibus confirmati non sunt.* Resp. Id necessarium non erat.

Potest tamen eorum vocatio *extraordinaria* dici. 1, In quantum Deus illis dedit extraordinaria dona, 2. Impulsum extraordinarium Spiritus S. 3. In quantum Deus illis usus est ad extraordinarium opus.

Controversia, 4, de Ministris Ecclesiæ.

An Episcopi sint juris divini i, e, an Christus instituerit ut Pastor aliquis potestatem haberet in alias Ecclesias, & Ecclesiarum Rectores, ejusque solius esset vocare Pastores, administrare Sacramenta. exercere disciplinam? N. c, Pontif: Mennon: & alios.

Arg.

Arg.

1, Ministri omnes potestate æquales sunt, nullum admittitur dominium, *Luc.* 22. 25. 26, 1 *Cor*; 3. 5. 1 *Pet*; 5. 2.

2, Episcopus, Pastor, & Presbyter, idem sunt, *Act*; 20, 20, 28. *Tit*. 1. 5, 7--- 1 *Pet*; 5. 1, 2. 1 *Tim*; 5, 17.

3, In una eademque Ecclesia plures erant Episcopi, *Phil*; 1, 1, *Act*; 20, 17, 28.

4, Officium illorum unum & idem est, 1 *Tim*; 3, 1. 8. Præesse, *Heb*; 13. 17.

5, Synedria sunt juris divini, & Deus regimen Ecclesiæ Synedrio, non uni Episcopo commisit, *Act*; 14, 23. 1 *Tim*. 4. 15.

Object.

1, *Apostoli, quibus successerunt Episcopi, erant supra 70 discipulos.* R: Quatenus erant Apostoli, & Ministri extraordinarii nemo ipsis successit: qui ipsis successerunt, in communi, & ordinario officio successerunt.

2, *Timotheus, & Titus erant Episcopi.* R: Ita ut Episcopus, & Presbyter idem sunt.

3, *Cum plures essent Pastores tamen uni, ut Angelo, scriptum est. Apoc*; 2, & 3. Resp. Quod plures uno fuerint non probatur: per Angelum totum Synedrium intelligitur.

O Con-

Controversia 5, de Ministris Ecclesiæ.

An potestas eligendi Pastores & Ministros Ecclesiæ sit penes Magistratum vel Episcopum aliquem, an vero penes Ecclesiam? Neg. prius affir. posterius.

Arg.

1, Claves regni coelorum nec Magistratui, neque uni Episcopo datæ sunt, sed toti Ecclesiæ, Matth. 18, 18.

2, Non Magistratus, neque Episcopus, sed Synedria tempore Apostolorum elegerunt Ministros, Act. 1, 23: & 6, 3. 14, &c.

3, Si à Magistratu eligerentur, deberent eligi ut Ministri hominum. Contra Gal. 1, 1.

Object.

1, *Oves Pastorem eligere non possunt.* Resp. Rationales possunt.

2, *Salomon deposuit Abiatharum* 1 *Reg.* 2, 26. Resp. In exilium misit, quia politice peccaverat.

3, *Apostoli, Titus, & alii multi elegerunt Pastores sine consensu Ecclesiarum.* R. Ubi Ecclesia nulla erat, ibi etiam consentire non poterat.

Controversia, 6, de Ministris Ecclesiæ.

An vita monastica sancta sit, seu an non tan-

um licitum, verum etiam opus singularis sanctitatis sit, sese à consortio hominum segregare, atque ad cælibatum, & distinctum vestitum obligare? [illegible]

Arg.

1. Deus id nusquam mandavit: non potest ergo esse bonum opus. *Col;* 2. 22, 23.

2, Non licet homini è mundo exire, seu consortium hominum plane fugere. 1 *Cor;* v. 10.

3, Illi enim homines proximum non amant, neque eum ædificare student. contra *Phil;* 2. 4. 1 *Thess;* 5, 11, 14. *Heb;* 10, 25.

4. Illi homines sanctitatem statuunt in rebus ridiculis, ut: *corona tonsâ, singulari forma vestium, ficta paupertate voluntaria, cibo & potu.* Contra *Rom;* 14, 17.

5. Abjiciunt sese in multas tentationes, & laqueos Diaboli, quos vita solitaria afferre solet.

Object.

1, *Elias, Elizeus, & Johannes Baptista fuerunt Eremitæ, & Monachi.* Resp. Omnia ficta sunt: habuerunt bona sua, sed ut Ministri extraordinarii nonnunquam, Deo vocante, usum suorum reliquerunt.

2, *Act;* 2, 44. *Omnia habebant communia.*

 Resp.

Resp: Nulli usum negabant; proprias tamen domos, & propria bona habebant, ꝟ. 46. *De domo in domum ibant.*

3, 1 *Tim:* 5, 12. *Quæ cum nubere volunt fidem primam abnegarunt.* ℞. i. e. Religionem Christianam, quia ad judaismum redibant.

4, *Jer:* 35. *Rechabitæ fuerunt Monachi.* Resp: Falsum est: *uxores, filios, & filias habebant.* ꝟ. 8.

Controversia 7. de Ministris Ecclesiæ.

An institutum divinum sit, ut in Ecclesia sint Seniores Regentes, non Docentes? aff: c. Remonst: & pontif:

Arg:

1, Seniores tantum Regentes, à Docentibus simul & Regentibus clare distinguuntur, 1 *Tim:* 5, 17. 1 *Cor:* 12, 18.

2, Ex illis, & Pastoribus constituuntur Synedria, 1 *Tim:* 4, 14. *Matth:* 18. 17. *Act:* 14. 23.

3, Etiam pars Synodi fuerunt, *Act,* 15. 2, 6, 22. & 16, 4.

Object.

1, *Sunt Laici.* ℞. Discrimen inter Laicos, & Clericos, figmentum papale est.

2, *Debent esse διδακτικοί, & apti ad invigilandum Ecclesiæ, Act.* 20, 28. Resp: Sunt

sue

suo modo, ad monendum scil. & regendum, etiamsi non ad concionandum.

Controversia 8. de Ministris Ecclesiæ.

An Ministris, seu Pastoribus Ecclesiæ suum debeatur stipendium? aff. c. Menn.

Arg.

1, De iis, ut Operariis dicitur quod digni sint mercede, *Mat:* 10. 10, 12. 1 *Tim*, 5, 18.

2, Qui docentur, Doctores bonis suis sustentare debent, *Gal:* 6. 6. *Tit*, 3. 13,

3, Apostoli stipendia acceperunt, *Luc*, 8, 3. 2 *Cor*; 11, 8. *Phil*; 4. 10, 15, 16,

4, Potestatem habent non operandi, sed mercedem, & remunerationem postulandi, 1 *Cor*; 9, 6. -- *Rom*; 15, 27.

Object.

1, *Debent gratis dare, Math*; 10, 8. Resp: Miracula, & sanationes ægrorum; ali tamen debebant ut Pastores, *Vers.* 10.

2, *Apostoli nolebant stipendium, Act.* 20, 33. 2 *Thess.* 3. 8, ℞ Etsi quibusdam in locis petere nolebant, jus tamen petendi habebant.

3, *Sunt mercenarii, & avari.* Resp: Hæc calumnia est.

Controversia 9. de Ministris Ecclesiæ.

An personæ Ecclesiasticæ etiam Magistratui subjectæ sint, idque 1. in obsequendo

ministeriis. 2, *In solvendis tributis.* 3. *In judiciis si peccent:* aff. et *Pontif.*

Arg.

1, In V, T. Ministri Ecclesiæ Regibus subjecti fuerunt. 1 *Reg*, 1, 32. & 2, 27. 2 *Chron*, 31. 2.

2, Ita etiam ipse Christus Magistratui se subjecit. *Matth*. 17, 25. *Gal*, 4, 4 *Joh*, 19, 11.

3, Ipsi Apostoli Magistratus agnoverunt judices. *Act*, 25, 10.

4, Omnes animæ tam fidelium, quam infidelium Magistratui subjectæ esse debent. *Rom*, 13, 1, 7. 1 *Pet*, 2. 13. *Matth*, 22, 21.

5, Regnum Christi de hoc mundo non est. *Joh*. 18, 36. Ergo nulli Principi privilegia politica eripit, & Clerico dat.

Object.

1. *Pastor ab ovibus, Pater à filiis judicari non debet.* Resp: Debet: si filius judex sit.

2, *Clerici vocant Principes*. *Ps*, 149. 8. *Ipsique debetur obedientia. Hebr*, 13, 17. Resp. Quatenus exponunt verbum Dei, non quasi in Politia superiores essent.

3, *Agri Sacerdotum non vendebantur. Gen*, 47, 22. Resp. Non opus erat, quia Regis propriè erant.

4, *Libe-*

ibi liberi Regum, liberi sunt. Matth. 17, 26. Reges liberos suos eximunt, quod si Clericos facere velint, liberi etiam sunto.

§ XXIII. Conventus Ecclesiastici duo sunt. 1. *Minores*, seu Synedria uniuscujusque Ecclesiæ. 2. *Majores*, seu plurium Ecclesiarum conventus in Classe, seu Synodo: quæ in verbo Dei non distinguuntur.

Controversia 1. de conventibus Ecclesiæ.

An quælibet Ecclesia major esse non debeat, quam ut in uno loco ad audiendum Dei verbum convenire possit? Neg. c. Independentes.

Arg.

1, Quia Ecclesiæ Apostolicæ, ut Hierosolymitana, Corinthiaca, &c. quæ constabant aliquot millibus hominum, in uno loco Pastorem audire non poterant, & tamen una erat Ecclesia. *Act.* 4, 4. & 6, 1. & 21, 20. 22.

2, Unitas Synedrii, non externa loci capacitas unam facit Ecclesiam.

3, Ita Ecclesiæ sub cruce, si unum habeant Synedrium, unam faciunt Ecclesiam, etsi variis in locis convenire cogantur.

4, Alioqui quo major esset vox Concionatoris, eo magis augeri deberet Ecclesia, & minui, quo minor esset.

5, Neque, numero semel completo, Ecclesiæ quisquam addi posset.

Object.

1, *Act*; 2. 44, *&c*. *Ecclesia dicuntur convenisse ἐπὶ τὸ αὐτὸ*. Resp; Id aliquando dicitur de Præfectis Ecclesiæ: aliquando de re, non de loco: quia variis in locis conveniebant ad idem opus agendum.

2, *Obest ædificationi Ecclesiæ, quia membra convenire non possunt ad communionem Sanctorum*. Resp; Ideo plures statuuntur Ministri, non tamen plures Ecclesiæ.

Controversia 2, de Conventibus Ecclesiæ.

An majores illi Conventus sint juris divini? Aff. c. Socin, Remonst. & Episcopales.

Arg.

1, Probatur ab exemplis, *Act*; 1. & 15.

2, Ita in V. T. habuerunt sua Synedria, & Synagogas.

3, Est hoc juris naturæ, ut quæ singuli absolvere non possunt, id agant plures.

Object.

1, *Omnis Ecclesia habet omnem suam potestatem in se*. Resp; Ea per Classem non tollitur, sed conjungitur cum potestate plurium Ecclesiarum ad determinandum ea, quæ Ecclesias in communi concernunt.

§ XXIII.

§ XXIII. Duplex autem est horum cœtuum convocatio, una *interna*, Ecclesiastica, & Ministeralis. *Act*: 15. altera *externa*, & Politica cum Princeps Synedrium, Classem, vel Synodum convocari jubet.

§ XXIV. *Potestas* autem horum est omnia mediis Ecclesiasticis agere, quæ ad ædificationem Ecclesiæ necessaria sunt. Ut leges Ecclesiasticas ferre, errores damnare, profanos punire.

§ XXV. Estque hæc potestas spiritualis, ratione finis, mediorum, & objecti: versatur enim circa animum hominis, ut eum ad pietatem disponat. 2 *Cor*: 10, 4.

§ XXVI. Plane ergo diversa est à potestate Magistratus.

Controversia 1.

An Magistratui competat jus regendi Ecclesiam? Neg: c. Politicos.

Arg.

1. Christus dedit alios Prophetas, Doctores, Pastores, non Magistratum ad regimen Ecclesiæ. *Eph*; 4, 11.

2. Ergo omnino in Ecclesia esset dominium, quia potestas Magistratus est dominii, Contra. *Matth*: 20, 25. *Luc*; 22, 25.

 3. Ma-

3. Magistratui non sunt datæ claves Regni cælorum, sed Ecclesiæ.

4. Tum Regnum Christi esset de hoc mundo, & politica potestas pars esset Regni ejus. Contra. *Joh:* 18, 36. 2 *Cor*, 10, 4.

5. Ergo etiam Fœminæ, & Ethnici possent exercere munus Ecclesiasticum, Concionari, Sacramenta administrare. &c.

Object.

1. *Ergo datur imperium in imperio*, Resp. Potestas Ecclesiastica ministerium, non imperium est.

2. *Omnis anima ipsis subjecta esse debet.* *Rom*; 13, 1. Resp. In rebus politicis,

Controversia. 2.

An Ecclesia habeat potestatem scandalosos censuris Ecclesiasticis notandi? Aff: c. eosdem.

Arg.

1. Expresse mandatum est ne sanctum demus canibus. *Matth*; 7, 6.

2. Scriptura jubet tales vitari, *Rom*; 16, 17. Abscindi. *Gal*: 5, 12. Repelli. *Tit*; 3, 10. Satanæ tradi. 1 *Cor*; 5, 5.

3. Qui Ecclesiam non audit, debet haberi ut Ethnicus. *Matth*; 18, 17. Ethnico autem Sigilla sacra dari non debent.

4. Impii partem non habent in verbo

pro-

promissionis. *Act*, 8, 21. Ergo nec Sigilla ipsis dari debent,

5, Apostoli neminem voluerunt Baptizare, nisi qui conversionem promitteret, & fidem profiteretur *Act*, 2, 41, & 8, 37, & 16, 14, 15.

Object.

1, *Christus Judam non expulit.* R. Quamdiu occultus erat hypocrita.

2, *Homines hodie non habent specialem revelationem Spiritus S.* Resp. Nec hoc necesse est ad cognoscenda scandala.

§ XXVII. Gradus censuræ Ecclesiasticæ sunt, 1, Reprehensio. 2, Suspensio, 3. Excommunicatio.

Controversia.

An censura Ecclesiastica, præsertim summa, sit penes totum populum Ecclesiasticum? Neg. c. Anab: & Independentes.

Arg.

1, Populus constitutus non est ut sint Episcopi, Rectores. 1 *Cor*: 12, 29. Ergo nec quicquam facere possunt quod est regiminis.

2, Populo non sunt datæ claves Regni *Matth*, 16, 19.

3, Populus non habet potestatem dandi

dandi Sacramenta; Ergo nec negandi.

4. Mandatum est, ut dicamus Ecclesiæ, seu Synedrio, & Ecclesia censuram exerceat. *Matth*. 18, 17.

5. Tum etiam Mulieres deberent regere Ecclesiam.

Object.

1, *Matth*. 18, 17. *Dic Ecclesiæ* Resp. Non toti Populo, Mulieribus, & Pueris; sed Synedrio.

2. *Placuit Apostolis Presbyteris, & toti Ecclesiæ Act*. 15, 22. Resp. i. e. Apostolis, Presbyteris Docentibus, & Senioribus tantum Regentibus.

3, 1 *Cor*. 5, 4. *Cum vos congregati eritis*. Resp: Qui constituitis Synedrium.

Cap. XVI.

DE SACRAMENTIS.

§ I. Sacramentum est signum & sigillum divinum, & visibile, invisibilis gratiæ.

§ II. Signum tria facit; 1, Repræsentat. 2, Significat, & addicit, 3. Obsignat.

§ III.

§ III. Neque ergo signum, neque res signata seorsim, sed hæc duo conjuncta constituunt Sacramentum.

§ IV. Ad constituendum Sacramentum requiritur, 1. Institutio, & mandatum divinum, ut illo signo utamur. 2. Promissio, signo recte utentibus dandi rem significatam.

Controversia. 5.

An Sacramenta non tantum sint signa, & umbra gratiæ divinæ; verum etiam sigilla gratiam obsignantia? Aff. c. Socin; Anab; & Pon.

Arg.

1. Diserte dicuntur esse sigilla. *Rom;* 4, 11, *Gen:* 17, 11.

2, Sacramenta à Deo instituta sunt ad confirmandum foedus, & promissa foederis: sunt ergo sigilla. *Gen;* 17, 11. *Matth;* 26, 28.

3, Sacramenta recipimus, ut conscientia certior fiat de remissione peccatorum: sunt ergo sigilla. *Marc;* 1, 4, *Act;* 2; 38, 39.

4. Nisi essent sigilla, nihil opus esset illis uti.

5. Usus Coenæ dicitur communio corporis Christi, quod fieri non posset, nisi coena ad hoc esset instituta, ut illâ communionē, obsig-

obsignaret. 1 Cor. 10, 16, & 12, 13. Rom. 6, 4.

Object.

1, *Obsignare est opus verbi, & Spiritus S.* Resp. Verbum sententiis suis, Spiritus interne, Sacramenta eadem illa visibiliter obsignant.

2, *Sunt symbola nostræ professionis.* Resp. à parte nostri, à parte Dei sunt symbola suæ promissionis, atque ita à nobis recipiuntur.

3, *Fiunt in memoriam Christi.* Luc. 22, 19. Resp. Ad confirmandam memoriam, & fidem, quid Christus pro nobis egerit.

4, *Sæpe essent falsa sigilla.* Resp. Nec signa, nec sigilla sunt, nisi sanctis, & fidelibus.

5, *Infantes fidem non habent: nihil ergo iis obsignari posset.* Resp. Spiritum S. habent, & obsignatur iis, quod Deus ipsorum Deus esse velit.

Controversia. 21.

An Sacramenta V. T. tantum umbra fuerint Sacramentorum N. T., hæc vero sigilla gratiæ? Neg. Pontif.

Neg.

1, Fuerunt sigilla fœderis gratiæ, & justificationis: ergo. Rom. 4, 11. Gen. 17, 10, 11.

2, Fuerunt signa, & sigilla Christi: idem ergo obsignarunt. 1 Cor. 10, 1, 2. Heb. 10, 1.

3. Atque ideo nos, rei significatæ participes, dicimur etiam signorum V. T. participes esse; ut circumcisionis, *Coll*; 2, 11. Paschatis, 1. *Cor*; 5, 7.

Object.

1. *Umbræ, & typi dicuntur. Heb*; 10, 1. Resp, Non nostrorum Sacramentorum, sed Christi: uti etiam nostra Sacramenta signa Christi sunt.

2. *Debilia sunt rudimenta mundi. Galat*. 4, 9. Resp. Non de Sacramentis, sed de ceremoniis agitur: quæ non in V. sed jam in N. T; debilia sunt.

3. *Circumcisio sine manibus facta opponitur circumcisioni manibus factæ, ut conferens gratiam*. Resp, Per circumcisionem non manibus factam, non intelligitur Baptismus, qui manibus fit, sed regeneratio, seu circumcisio cordis.

4. 1. *Pet*; 3, 21. *Baptismus dicitur antitypus*. Resp: Non Sacramentorum V. T. sed signum conveniens cum eo, quod in arca contigit.

5. *Prophetæ improbant Sacramenta V. T. Esa*; 1, 10, 11. Non: sed abusu Sacramentorũ.

Controversia. 3.

An Sacramenta, præsertim Baptismus, ac-

quibusvis etiam à Fœminis administrari possint? *Neg; c. Pontif. Socin; Remonst. & Menn;*

Arg.

1, Christus solis Apostolis, & Ministris Ecclesiæ potestatem dedit Sacramenta administrandi, *Matth;* 28, 19.

2, Atque illi soli sunt œconomi, & dispensatores mysteriorum Dei. 1 *Cor;* 4, 1.

3. Administratio Sacramentorum conjungitur cum prædicatione verbi, ita ut qui unum non potest, alterum etiam non possit.

4. Requiritur vocatio, *Joh:* 1, 33, 1 *Cor;* 1, 17

5. Mulieribus interdictum est loqui in Ecclesia, seu quidquam facere, quod est muneris Ecclesiastici. 1 *Cor;* 14, 34, 35.

Object.

1, *Zippora filium circumcidit.* *Exod:* 4, 25. Resp. Alia circumcisionis, alia Baptismi ratio est: nec laudatur quod hoc à Muliere factum.

2, *Philippus Diaconus Baptizavit.* *Act:* 8, 38. Resp. Primo erat Diaconus, postea Evangelista. *Act;* 21, 8.

3, *Sic etiam Ananias.* *Act;* 9, 18. Resp. Speciale mandatum habuit. v. 10, Neque probatur, quod Minister non fuerit.

Eun-

Controversia. 4.

An efficacia Sacramentorum pendeat ab intentione, & dignitate Ministri? Neg. c. Pontif.

Arg.

1, Verbum non habet efficaciam a Ministro: ergo nec Sacramenta. *Phil;* 1, 15, 18,

2, Tantum signum externum dat. *Joh;* 1, 26, Quod pie à fideli recipi potest, etsi intentio Ministri mala foret.

3. Cur ergo Christus etiam Judam baptizatum misisset. *Matth;* 10, 5.

4, Tum nemo certus esse posset an verum recepisset Sacramentum.

Object.

1. *Requiritur intentio* Ministri. Resp. Ut virtus personæ, quæ si absit, illius solius peccatum est.

2, *Verba sunt ambigua nisi accedat intentio Ministri,* Baptizo te. Resp. Neg. quia scimus intentionem, & mandatum Dei illa verba præscribentis.

§. V. Opus Sacramentorum est. 1, Significare. 2, Promissiones obsignare. 3, Atque ita fidem confirmare.

Controversia. 1.

An Sacramenta non tantum sint signa, & sigilla, verum etiam causæ justificationis, & gratiam conferant ex opere operato? Neg: c: Pontif.

Arg.

1, Si causa essent: vel efficiens, vel meritoria, vel instrumentalis essent. *Efficiens* autem solus Deus, *Luc:* 5. 21, *Meritoria* solus Christus, *Rom:* 3. 25, *Instrumentalis*, sola fides, *Rom:* 1, 17. *Justus ex fide vivit.*

2, Expresse negatur quod Baptismus externus peccata tollat, 1 *Pet:* 3, 21. *Mat:* 3, 11.

3, Gratiam praerequirunt, non operantur, *Act:* 8, 38. *Rom:* 4, 11.

4, Si gratiam operarentur, omnes recipientes essent puri, Contra, *Act:* 8, 21.

5, Tum opus charitatis esset totū mundū, & impios Baptizare, Contra, *Mat*, 7, 6.

Object.

1, *Baptismus dicitur abluere peccata, Act:* 2, 38--- Resp. Dicitur fieri *ad remissionem peccatorum*, scil: obsignandam.

2, *Eph:* 5, 26. *Purgat lavacro aquae, Tit:* 3, 5. *Lavacrum regenerationis.* R. Lavacrum obsignat, Spiritus renovat, ut ibi additur.

3, *Nisi quis renatus fuerit ex Aqua, & Spiritu*, Joh: 3, 5. *Aqua ergo regenerat*, Resp. Per aquam non Baptismus, sed efficacia Spiritus intelligitur, quae animam, ut aqua corpus, abluit.

4, 1 *Cor:* 10, 17. *Est communio corporis Christi*

Christi & 12, 13. ℞. Est ejus rei signū & sigillū

Controversia. 2.

An tantum duo sint Sacramenta: Baptismus, & S. Cœna? aff: An vero septem? Neg: 1. Pontif.

Arg.

1, Sacramenta N. T. successerunt in locum Sacramentorum V. T. ac tunc tantum duo fuerunt; vide, 1 *Cor.* 5, 7. *Col.* 2, 11, 12,

2, Christus tantum duo instituit Baptismum, & Cœnam.

3, Christus tantum duo ipse recepit.

Object.

1, *Sunt septem peccata, septem virtutes.* ℞. Plus quam septem nugæ etiam sunt.

2, *Pro confirmatione, Act.* 8. 17. Resp: Refertur ut cerimonia, non ut sacramentum.

3, *Pro pœnitentia, Marc:* 1, 15. Resp: Mandatur ut virtus, non ut sacramentum.

4, *Pro ordine,* 1 *Tim:* 4. 14. Resp: Refertur ut cerimonia extraordinaria.

5, *Pro unctione, Jac:* 5. 14, 15. Resp. Non erat Sacramentum, sed ritus, qui adhibebatur in miraculosa sanatione.

6, *Pro Matrimonio Eph:* 5, 32. Matrimonium non dicitur esse mysterium, sed conjunctio fidelium cum Christo.

Con-

Controversia 1, de Baptismo,

An Baptismus sit res à Deo Christianis præscripta & mandata, non vero ritus indifferens? aff: c: Socin.

Arg.

1, Deus Johannem misit Baptizatum Joh; 1, 33, Matth; 21, 25.

2, Christus Apostolis mandavit ut baptizarent. *Matth*; 28. 19. Christianis ut baptizarentur. *Act*; 2. 38. & 22, 16.

3, Baptismus est sigillum nostræ communionis cum Christo: ergo mandatus. *Gal*; 3, 27. 1 *Cor*; 12, 13.

4, Christus ipse, *ut omnem justitiam adimpleret*, Baptizari voluit. *Matth*; 3, 13, 15. Est ergo res mandata.

5, Baptismus prohibere non debet. *Act*: 8, 36. & 10, 47.

Object.

1, *Apostoli, & 70 Discipuli baptizati non sunt.* Resp. Aperte falsum est, *Rom*; 6, 4. 1 *Cor*: 12, 13.

2, 1 *Cor*; 1, 17. *Paulus non erat missus ad Baptizandum.* Resp. Non principaliter.

3, *Disciplina Christi spiritualis est.* R. Etiam externas corporis actiones præscribit.

4, *A Parentibus Christianis nati, nusquam bapti-*

baptizati esse leguntur. Resp. Leguntur ibi, ubi omnes baptizati esse dicuntur. *Eph.* 4, 4.

Controversia 2, de Baptismo.

An Baptismus adeo sit necessarius, ut omnis non baptizatus perire debeat? Neg. c. Pontif.

Arg.

1, Circumcisio non erat tam necessaria in V. T, ut colligitur ex *Jos;* v, 5, 6.

2, Spiritus fidei, & sanctitatis in non Baptizato esse potest, *Act*, 8, 38. & 10. 15, 47.

3, Latro in cruce salvatus fuit sine Baptismo. *Luc;* 23, 43.

4, Alioqui homines, & corpus, & animam occidere possent. contra *Math;* 10, 28.

Objectiones.

1, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu: Joh;* 3, 3. Resp. Aqua, ut dictum, notat efficaciam Spiritus nos purgantis.

2, *Gen;* 17, 14. *Anima ejus, qui non circumcisus est exscindetur.* Resp. Qui circumcidi nolebat.

3. *Natura sumus filii iræ.* R. Etiam ante Baptismum per gratiam filii Dei. 1 *Cor:* 7, 14.

Controversia 3, de Baptismo.

An Baptismus, & confirmatio Papœorum imprimat in animabus characterem indelebilem? Neg: c: Pontif.

Arg.

Arg.

1, Est purum putum figmentum; quod ipsi, quid sit, ignorant.

2, Aqua Baptismi est corpus, quod spiritui characterem indelebilem imprimere non potest.

3, Quis character fingi potest mansisse in Juda, Simone Mago, & similibus Apostatis

Object.

1, *2 Cor:* 1, 22. *Eph:* 1, 13. *Obsignati sumus* Spiritu S. non charactere aliquo.

2. *A Johanne Baptizati propterea sunt rebaptizati. Act:* 19, 4, 5. Resp. Id non dicitur, sed quod, qui *Johannem* audiebant, à *Johanne* Baptizabantur.

Controversia 4. de Baptismo.

An Baptismus Johannis *fuerit ejusdem dignitatis, & efficaciæ cum Baptismo Apostolorum? Aff: c. Pontif. & Socin.*

Arg:

1, In N, T, tantum est unum Baptisma, *Eph:* 4, 5.

2, Christus eo Baptizatus est, *Matth.* 3, 16.

3, Omnia eadem sunt, quæ in nostro, Baptismo. *Autor* est Deus, *Joh:* 1, 33. *Elementum*, aqua. *Formalis* in nomen Christi *Act:* 19, 4, 5. *Promissio*, remissio peccatorum *Luc:* 3, 3, *Requisitum*, fides. *Ibid.* Ob-

Object.

1, *Matth;* 3, 11. *Ego vos Baptizo aqua, sed Christus vos Baptizabit Spiritu.* Resp: Baptizare, de Christo dictum, significat donare: Christus enim aqua non baptizabat. *Joh.* 4, 2.

2, *Johannes non baptizavit in nomine Patris, Filii, & Spiritus* S. Resp. Id dicitur, non probatur, *Eph;* 4, 5. nec id tunc temporis ita diserte mandatum erat.

3, *Baptizmus Johannis ad solos Judæos pertinebat, & postea abrogatus est.* Resp. Ficta hæc sunt, unus omnium Christianorum Baptismus est.

§ VI. Baptizati autem debent Adulti ex gentilibus, cum Christo nomen dant, & Infantes Christianorum.

Controversia 5, de Baptismo.

An fidelium Infantes sint Baptizandi? Neg. Socin. & *Anab.*

Arg.

1, Sunt in fœdere, debent ergo habere signum fœderis. *Gen;* 17, 7, 11. *Act;* 2, 38.

2, Sunt Christi, & Ecclesiæ, *Matth;* 19, 14. Debent ergo baptizari. 1 *Cor;* 12, 13.

3, Promissio gratiæ, & remissionis peccatorum ipsis facta est. *Act;* 2, 38. *Gal;* 3, 16. *Jes.* 44, 3. Debet ergo id ipsis obsignari.

4. Imo

4, Imo possunt habere Sp: S. 1 *Cor*; 7, 14. & 12, 13. Ergo debet Baptizari. *Act*; 10, 47.

5, Integræ Familiæ baptizatæ sunt simulac Parentes Christum amplectabantur. *Act*; 16. 15, 31, 33. 1 *Cor*; 1, 16. Licet ergo Infantes Baptizare.

6, In V. T., circumcisi sunt.

Object.

1, *Matth*; 28, 19. *Prius debent doceri, credere, pœnitentiam agere*. Resp, Gentiles adulti, qui extra fœdus sunt, & Judæi, qui extra Christianismum.

2, *Nesciunt quid sibi fiat*. Resp, Sic etiam in circumcisione; nesciunt etiam Deum ipsos in suos filios adoptare.

3, *Non habent rem significatam*. Resp. Habent: nam qui Spiritum Christi non habent Christi non sunt, *Rom*; 8, 9.

4, *Christus erat annorum triginta*. *Luc*: 3, 23, Resp. Sed Infans circumcisus: ante quod tempus Baptismus Johanni nondum erat commendatus.

5, *Talium est regnum cælorum; ergo non egent*. Resp, Etiam fidelium adultorum: atque ideo sigilla ipsis debentur.

6, *In infantia baptizati sæpe ideo non sunt meliores*. Resp. Ita etiam adulta ætate baptizati ut, *Act*; 8; 21.

§ VII. Exorcismus Paparum in eo consistit. 1, Papa ter in faciem Infantis flat. 2. Facit crucem in pectore, & sincipite. 3, Adjurat sal, & ori Infantis imponit. 4 Nasum sputo linit & digitum in aures immittit. 5. Ungit pectus, & scapulas. 5. Et tunc dicit, Abi impure spiritus, & nunquam redi.

Controversia 6, de Baptismo.

An hoc omne bonum, & sanctum sit? Neg: c: Pontif. & Luth.

Arg.

1. A Christo non est institutum.
2, Omnes Infantes dæmonem non habent
3. Nec dæmon his nugis expelli potest. *Matth*: 17, 21.

Object.

1, *Fideles dæmonem expellere possunt.* Marc: 16, 17. Resp. Illi, qui habent fidem miraculorum.

2, *Signum est liberationis spiritualis.* Resp. Multa talia signa fingi possent.

Controversia 7, de Baptismo.

An homo Christianus, qui semel legitimo modo baptizatus est, postea iterum baptizari debeat? Neg: c: Menn.

Arg.

1. Unus est Baptismus: ut unus Deus, *Eph*: 4, 5.

2, Man-

2, Mandatur ut Coenam sæpe recipiamus quod nusquam de baptismo dicitur, 1 Cor: 11, 25.

3, Baptismus successit in locum circumcisionis, quæ semel tantum fiebat.

4, Est signum initiationis in Ecclesiam Christi, quod tantum semel fit, 1 Cor: 12. 13. 1 Joh: 3. 9.

Object.

1 *Act*: 19. 4, 5. Resp: Jam ante responsum, quod non à Paulo, sed à Johanne baptizabantur.

2, *Act*: 2, 41. *Inter illos baptizatos procul dubio fuerunt à Johanne baptizati*, Resp: Non fuerunt, confer: ỽ, 23.

3, *Pontificii sunt falsi Doctores*. Resp: Retinent tamen formam baptismi.

§ VIII. Sacra Coena est alterum N.T. Sacramentum, quo panis, & vini usu, communio corporis, & sanguinis Christi fidelibus obsignatur.

§ IX. Signum ergo in hoc Sacramento est, 1, Panis, & Vinum. 2, Fractio, & effusio. 3, Distributio, & acceptio, Res significata autem est Christus, & nutritio, ac vita animarum nostrarum per illum.

Con-

Controversia, 1. de Cœna.

An utrumq; signum, atque ita etiam vinum omnibus fidelibus porrigi debeat? aff: c: Pontif.

Arg.

1, Christus ita instituit, & jussit ut *omnes* biberent, *Matth*:26, 26. *Luc*. 22. 17.

2, Apostoli etiam ita fecerunt, 1 *Cor*: 10, 16. & 11, 23.

3, Est altera pars Sacramenti, testamento ipsis relicta. *Luc*: 22, 19. *Gal*: 3. 15.

4, Habent rem significatam Christum, *Eph*: 3. 17. Ergo signum ipsis negari non debet.

5, Calix ipsis non magis potest eripi, quam panis.

Object.

1, *Joh*. 6, 51. *Siquis hunc panem edit, vivet*. Resp: ℣. 53. Additur; nisi sanguinem bibas, non habes vitam in te.

2, *Christus solo pane sacramentum administravit*. *Luc*: 24 30. *Act*: 2, 42. Resp. Nihil ibi de Cœna: per panem ibi intelligitur totum convivium, ut *Prov*: 30. 8.

3, *Sunt abstemii*, Resp: Sumant ut medicinam.

4, *Vinum effunderent*. Resp: Non magis quam Sacerdotes.

Controversia. 2. de Coena.

An necessario utendum sit pane azymo? Neg. c. eosdem.

Arg.

1, Id nusquam mandatum, & Christus usus est pane, quem habebat.

2, Ita etiã Apostoli. 1 *Cor*; 10,16,& 11.23

3, Panis communis, quæ signi sunt, efficere potest.

Object.

1, *Christus usus est pane azymo*. Resp; In Paschate, sed de Coena non liquet: fuit pridie ante Pascha judæorum, quo die panis fermentati satis magna copia erat.

Controversia. 3, de Coena.

An utendum sit hostiis orbicularibus, atq; illa in os hominũ ingerenda? Neg: c, eosdem & Luth.

Arg.

1, Christus sumpsit panem communem: hæ vero formam panis non habent.

2, Frangi non possunt, & Communicantibus distribui.

3, Neque alere possunt.

Objectiones.

1, *Melius degluttiuntur*. Resp; Panis edi, non deglutiri debet.

2, *Essentiam panis habent*. Resp; Nec materiam propriè, nec formam. Con-

Controversia 4 de Cœna.

An vinum necessario aquâ dilui debeat? *Neg. c. Pontif.*

Arg.

1, Christus solo vino usus esse legitur, *Matth;* 26. 29. *Marc;* 14. 25.

2, Vinum etiam convenit cum effectis sanguinis Christi: ut satiare, recreare,

3, Vinum non magis adulterari debet quam panis.

Object.

1, *Ex latere Christi fluxit sanguis, & aqua.* Resp: Non mixta, neque ut signum Cœnæ, sed lotionis nostræ, in sanguine Christi.

2, *In V. T. Cœna præfigurata fuit aquâ ex rupe,* 1 *Cor.* 10,4. Resp; Non Cœnæ sed sanguinis Christi figura fuit.

Controversia 5. de Cœna.

An in Ecclesia N. T. *requirantur altaria, & Cœna in altari administrari debeat? Neg. c. pontif.*

Arg.

1, Altaria pertinent ad cærimonias, V. T. quæ abrogatæ sunt, 1 *Cor.* 9. 13 & 10.18.

2, Christus in mensa communi Cœnam administravit.

3, In N. T, nullum etiam est Sacrificium, quod per altare sanctificari possit,

Heb: 10. 14. Quod tamen fieri deberet, *Matth*: 23. 17.

Obj.

1, *Heb*: 13. 10. *Habemus altare*. Resp: Ille est Christus.

Controversia 6. de Cœna.

An substantia panis, & vini in S. Cœna, verbis illis: hoc enim est corpus meum, *transmutetur in substantiam corporis, & sanguinis Christi? Neg: c. Pontif:*

Arg.

1, Pugnat cum natura sacramenti: nullum enim est hic signũ, quod frangi, distribui, edi, & bibi possit, & hominem alere.

2, Pugnat cum institutione Cœnæ: Christus enim mensæ accumbebat, panem & vinum sumpsit, edit, distribuit, non seipsum, neque tum sanguinem habebat nisi in venis, *Matth*: 26. 26. *Luc*: 22. 16. 20.

3, Cum fideles ejus participes fiunt, tum est panis, & vinum, 1 *Cor*: 10.16. & 11.23.

4, Christus corpore suo hodie non est in terra, *Heb*: 8. 4.

5, Quotidie deberet mori: deberemus enim edere corpus mortuum, & bibere sanguinem extra venas. contra. *Rom*: 6. 9.

6, Absurda continet: eodem loco essent

pedes

pedes, manus, caput; simul sursum, & deorsum moveri posset, accidentia subsistererent sine subjecto; corpus ejus putrescere, & à muribus edi posset.

Obj.

1, *Hoc est corpus meum*, *Math*: 26. 26. Resp: *Joh*: 6. 48--dicebat, *ego sum panis*, & tamen in panem mutatus non erat. Panis dicitur corpus Christi, quia signum ejus est, Ut *Petra est Christus*, 1 *Cor*: 10. 4.

2, *Caro ejus est vere cibus*, *Joh*: 6. 55. Resp: Spiritualis per fidem receptus.

3, *Alioqui Christus non est præsens, & tantum panem & vinum recipimus*, R. Est præsens, 1, Deitate. 2, Sacramentaliter, quatenus hic est sacramentum ejus. 3, In spiritu fidelium, qui ipsum fide recipiunt.

4, *Deus est omnipotens*. Resp: An ideo efficere potest, ut idem homo simul in coelo, & inferno sit?

Controversia, 7. de Coena.

An in, cum, & sub pane & vino vere lateat corpus & sanguis Christi, eaque Communicantibus exhibeantur? N. c. Luther.

Arg.

1, Christus in Coena accumbebat mensæ, non jacebat in mensa, nec se ipsum mani bus gestavit, aut distribuit,

2, Christus corpore jam non est in terris, *Heb*: 8, 4. *Joh*: 12, 8.

3, Cum Christus Coenam administraret non erat sanguis ejus effusus, & corpus fractum, nec hodie est *Rom*; 6, 9.

4. Pugnat cum natura corporis, quod simul non potest *esse visibile & non visibile, palpabile, & non palpabile, grave & non grave, quantum & non quantum vide*. *Heb*: 2, 14. *Luc*: 24, 39.

5. Christus non habet plura corpora: unum autem, & idem corpus pluribus in locis distantibus simul distribui non potest.

Object.

1. *Matth*: 26, 26, *Hoc est corpus meum*. Resp. Ergo panis debebat esse corpus Christi Sacramentaliter, non in, cum & sub illo pane. Ut agnus paschalis erat pascha, non in, cum, & sub agno.

2. *Deus potest facere ut camelus transeat per foramen acus Matth*; 16, 26. Resp. Id non habetur in textu, sed quod possit hominem divitem convertere, quod homini tam impossibile, erat quam hoc.

3, *Corpus Christi est ubique*. Resp. Neg. tantum est in coelis. Joh; 16, 28.

4. *Poculum est N. Testamentum in sanguine Christi*.

Christi. Resp. Ergo corpus Christi non magis in, cum, & sub illo pane erat quam N. T, *Est sigillum novi. T.*

5. *Christus testatur nobis per sanguinem.* 1 *Joh*;5,6,8. Non in Cœna sed in cruce effusus

Controversia, 8. de Cœna.

An corpus Christi in Cœna à fidelibus, & infidelibus corporaliter, seu ore corporis edatur, & sanguis bibatur? Neg: c. Pontif. & Luth,

Arg.

1, Corpus Christi non est cibus corporalis: non ergo ore corporis, sed spiritu recipi debet.

2. Ipse Christus oralem manducationem rejicit, *Joh:* 6, 52. cum. 63.

3. Neque ullus hodie est ejus sanguis effusus, qui bibi possit.

4. Corpus, & sanguis Christi non in ventrem abeunt, sed in animum: non ergo ore corporis sumuntur. *Marc*: 7, 19. *Eph*: 3, 11.

5, Christus ait quod, quicunque corpus ejus edit, & sanguinem ejus bibit salvabitur *Joh*:6,54. Quod verum non esset, si ore corporis, ab impiis, muribus &c, sumeretur.

Object.

1, *Christus hoc vult edi, quia est corpus, bibi, quia est sanguis*? Resp. Quia est signum, nullum enim, nedum humanum sanguinem bibere Judæis licitum erat.

2, *Est communio corporis Christi.* 1 *Cor*: 10, 16. Resp; Ut Judæi, hostias edendo, communionem habebant cum altari. *v*. 18. Gentiles cum Diabolo; qui tamen neque altare, neque Diabolum edebant.

3, *Eph*: 5, 29, *Caro Christi nutrit Ecclesiam*, Resp. An etiam impios, & mures? non de carne, sed de Christo hoc dicitur, qui nutrit Ecclesiam donis spiritualibus,

4. *Qui indigne edit fit reus corporis Christi*. R. Ut qui ex odio imaginem Cæsaris lædit, ipsum sprevisse creditur.

Controversia, 9, de Cœna.

An fractio panis sit res indifferens, non necessaria? Neg: c. Luth: & Pontif.

Arg.

1, Christus eam instituit, & observari jussit. 1 *Cor*: 11, 24.

2, Apostoli etiam sic fecerunt. 1 *Cor*: 11, 23.

3, Est ipsum signum mortis Christi.

4, Alioqui fideles non sunt unius panis participes.

Ob-

Object.

1, *Fractio panis est ejus distributio*, Resp. Aperte distinguuntur.

2. *Si fractio est observanda, cur non etiam modus accubandi.* R. Quia non est mandatū.

3. *Ergo multi non habuerunt legitimam Cœnam.* Resp, Hac in parte.

Controversia, 10. de Coena.

An in Sacramento Cœna Sacerdos sub specie panis, & vini, corpus, & sanguinem Christi quotidie offerat in remissionem peccatorum tam viventium, quam mortuorum, atque hoc sit sacrificium missa? Neg: c. Pontif.

Arg.

1, Christus in Coena seipsum non sacrificavit, sed demum in cruce. *Eph*: 5, 2. In Coena autem dixit: *accipite, edite bibite*.

2, In Coena nulla est effusio sanguinis, nec mors vivi: ergo nullum sacrificium. *Heb*: 9, 17, 22, *Rom*: 6, 9.

3, Christus tantum semel debuit offerri, idque in cruce, non quotidie *Heb*; 9, 26, 28, & 10, 14, 18.

4. Atque ideo in cruce dixit *Consummatum est*. *Joh*: 19, 30. Maledictionem abstulit. *Gal*: 3, 13. Iterum ergo offerri non potest.

5. Nullū

5. Nulli sunt hodie Sacerdotes, *Heb*: 7. 24. Sed Christus expiationem peccatorum nostrorum per se absolvit, *Heb*: 1, 3.

6, Coena est sacramentum, & signum rei absentis; ergo non ipsum Christi sacrificium propitiatorium præsens, *Luc*: 22. 19.

Object.

1, *Melchisedech obtulit panem, & vinum.* Resp: Abrahamo in convivium, non Deo in sacrificium.

2, *Agnus paschalis typus erat Cœna, & in eo erat sacrificium.* Typus erat Christi, non Cœnæ: neque Pascha proprie erat sacrificium quod in templo, & altari Deo offerri debebat, *Lev*: 1, & 2.

3, *Prædictum est in N. T. sacrificium ubique Deo oblatum iri*, Mal: 1. 2. & *Sacerdotes futuros*, *Jer*: 33. 18. Resp. In N. T, fideles vocantur Sacerdotes, *Apoc*: 5, 10. Et eorum conversio, preces, & eleëmosynæ sacrificia, *Rom*: 12. 2. *Phil*, 4. 18.

4, *Antichristus dicitur destructurus sacrificium perpetuum*, *Dan*, 8. 11, Resp, Judæorum, ut explicatur, *Matth*, 24. 15. Adeoque non de Antichristo N. T. sed de hostibus Judæorum hoc dicitur.

5, *Apo-*

5, *Apostoli erant λειτουργοῦντες, hoc est, missam celebrantes.* Resp: Etiam Angeli sunt λειτούργικα πνεύματα. *Heb*. 1. 14. Illinc ergo etiam missam celebrant?

Controversia. 11. de Coena.

An sacra cœna Commode in Ægrotorum privatis ædibus celebretur? Neg; c. Luth.

Arg.

1, Christus non nisi in cœtu Discipulorum Cœnam administravit.

2, Paulus voluit nos convenire, atque unum alterum exspectare, 1 *Cor*; 11. 33.

3, Cœna obsignat communionem multorum cum Christo, quia omnes unius panis participes sunt.

Object.

1. *Christus intra privatos parietes fecit.* Resp; Sed ubi Ecclesia convenerat.

2, *Ægri confirmatione fidei egent.* Resp. Ex verbo Dei, & Cœna ante sumpta habere possunt.

Controversia. 12. de Coena.

An reliquiæ panis, & vini in S. Cœna in vasibus, aut ciboriis servari debeant, solenniter ad ægros, aliosque usus circumferri? Neg; c. Pontif.

Arg.

1. Aqua Baptismi non potest ita circumferri:

ferri: plerumque enim in fluvio Baptizabant, *Act*, 8, 38. Ergo nec panis in cœna

c 2, Non est Sacramentum, nisi in usu, extra quem majorem sanctitatem non habet, quam quivis panis.

3, Nullum ejus exemplum, neque institutum habemus in verbo Dei.

Objectiones.

1, *Est corpus Christi.* Resp; Neg; Corpus Christi non est panis.

2, *Poculum est N, T.* Resp. Quatenus ejus signum, & sigillum.

Controversia, 13. de Cœna.

An Sacramentum Cœnæ adorari debeat? Neg: c. Pontif;

Arg.

1, Baptismus non adoratur: ergo nec Cœna.

2, Quod editur, & bibitur adorari non debet. *Matth*; 4. 10.

3, Christus non jussit adorari, sed accipi, edi, & bibi.

4, Pontificii scire non possunt, an hostiæ sint consecratæ, & an legitime consecratæ.

Object.

1. *Adorant eum omnes Angeli. Heb*; 1. 6. Resp; Personam, non Sacramentum.

2, *Cor-*

2. *Corpus Christi illic est.* ℞. Non est, sed si esset, ne hoc quidem adorari deberet.

3. *Christus in Cœna præsens est verus Deus.* Resp. Ita etiam in Baptismo: cur ergo Jordanem non adorant? Deus quanquam ubique est, noluit tamen in arbore, lapide, aut idolo adorari.

§ X, Et quia ante Eucharistiam confessiones audire solent Sacerdotes, addimus hic, admittere nos confessionem peccatorum *publicam*, 1. totius Ecclesiæ Deo factam. 2. particularium toti Ecclesiæ factam 2 *Cor*: 2, 6. Et *privatam*. 1. Deo factam, 2. Illi cui injuriam fecimus. 3. Conscientiâ turbatâ & dubitante cuivis fideli, qui consolari nos potest.

§ XI. Sed improbamus. 1, Homines cogi ad confessionem. 2. omnium peccatorum. 3. etiam secretorum, 4. soli Sacerdoti in aurem dandam, 5. ad obtinendam ab eo remissionem peccatorum.

Controversia.

An ad consequendam remissionem peccatorum necesse sit secreta sua peccata Sacerdoti exponere? N. c. Pontif.

Arg.

1 Christus Credentibus remisit peccata, etsi

etsi ea non enarrarent, *Matth*; 9, 2, *Et ut misit ipsum Pater, ita suos misit*, & agere voluit. *Joh*; 20, 21.

2. Sancti cum soli Deo peccata confiterentur, remissionem obtinuerunt. *Ps*: 32, 5. *Luc*; 18, 13, 14.

3. Nemo tenetur allegare propriam turpitudinem, Judæ. ℣. 13.

4. Neque Sacerdos peccata delere & remittere potest, sed solus Deus. *Luc*; 5, 21.

5. Mera hæc tyrannis est in conscientias

Object.

1. *Ad quid ergo potestas remittendi peccata*, Joh; 20. 23. 2 *Cor*: 5, 19. ℞. Ea nulla est, nisi nomine Dei prædicandi quod pœnitenti peccata remittit.

2. *Act*: 19, 18. *Multi fatebantur peccata*. ℞. Qui ante conversionem prophane vixerant, magiam exercuerant: non Sacerdoti in aurem, sed publice fatebantur male se vixisse.

3. *Confitemini aliis alii offensas*. Jac; 5, 16. Resp; Cur non Sacerdos populi? Dicitur quod si á Deo ob peccata castigati, de iis moneamur, ea ne negemus.

4. *Si fateamur peccata ipse remittet*. 1 Joh; 1, 9. ℞. Si Deo fateamur, Deus remittet.

§ XII.

§ XII, De indulgentiis variæ controversiæ statui possent. Nam dicunt.

1, Deum remissa culpa non remittere pœnam, .saltem purgatorii. contra *Gal*; 3, 13. *Jer:* 50, 20.

2. Hominem pro peccatis suis propriis satisfacere posse. contra. *Matth* 16, 26.

3, Esse quasdam Sanctorum satisfactiones superfluas. contra. *Luc*; 17, 10.

4. Esse etiam superfluas satisfactiones Christi. contra. *Luc*; 24. 26.

5. Ex superfluis istis conflari unum thesaurum. contra. *Jes*; 63, 3.

6. Illas satisfactionem tantum esse pro peccatis venialibus, quæ purgatorium, non pro mortalibus quæ infernum merentur. contra. 1 *Joh*: 1, 7.

7. Thesaurum illum Romæ custodiri.

8. Inexhaustum esse.

9, Ex eo Papam unicuique petenti nũmis posse vendere quantum ipsi visum fuit. contra. *Jes*; 55, 1, 2, *Apoc*; 23, 17,

Contra:

1. Papa se ipsum á purgatorio conservare non potest; ut patet ex Missis pro Papa mortuo.

2! Impie facit, si eam potestatem habet si non omnes animas liberet; 3. Mi-

3, Misera est conditio pauperum, qui nummos non habent, quibus indulgentias emant.

CAPUT XVII.

DE EXTREMIS.

§ I. Homo non nisi duabus partibus constat, anima immortali, & corpore mortali. *Matth;* 13. 23.

§ II, Anima est Spiritus corpus vivificans, adeoque non extensus, sed totus ubicunque est.

§ III. Anima sola, vel corpori conjuncta, vel ab eo separata, persona non est, sed personæ pars. Cæteroqui in Christo duæ fuissent personæ.

§ IV. Et quia personæ humanæ pars, nulli alii corpori conjungi potest.

Controversia de Corpore.

An hominibus morientibus corpora in nihilum redigantur? N: c: *Soc.*

Arg.

1, Redeunt in pulverem unde desumpta sunt. *Gen;* 3, 19, *Eccl;* 12, 7.

2, *Dor-*

2, Dormiunt in pulvere terræ. *Dan.* 12, 2. *Jes.* 26, 20. & 57, 2.

3, Unde mare & terra in die judicii mortuos suos reddent. *Apoc*, 20, 13. *Joh*; v, 28.

4, Qui hominem occidit, nil potest nisi corpus occidere. *Matth*; 10, 21. Non ergo in nihilum redigere.

5, Nulla substantia ab ullis causis naturalibus in nihilum redigi potest.

Object.

1, *Mortui non sunt.* *Thren*; v, 7. *Matth*; 2, 18. R. Non sunt homines in hac terra.

2, *Deus ventrem abolebit.* R. Quod ad usum quem hic habet.

Controversia 1, de Immortalitate animæ.

An anima hominis cum corpore intereat, seu destruatur, an vero post mortem integra superstit? Neg: prim, aff: poster: c: Sadducæos, & Socin:

Arg. ex Scriptura.

1, Nemo, cum hominem occidit, potest animam occidere. *Matth*; 10, 29.

2, Anima dum homo moritur alio migrat: ergo non perit. *Gen*; 16, 18. *Eccl.* 12, 7. *Act*; 1, 25.

3. Anima Christi, & Lazari superfuerunt: ergo etiam nostræ. *Luc*; 23, 23.

4, Animæ mortuorum nonnunquam

in

in corpora revocatæ sunt, 1 *Reg:* 17, 21. 22. *Luc:* 8, 55.

5. Anima post mortem hominis judicio Dei sistitur. *Heb:* 9, 27. & 12, 23, *Luc;* 16, 22.

Arg. ex Natura.

1. Anima Spiritus est, nullis constans partibus; in eas ergo dissolvi non potest.

2. Anima nec cibo, nec potu utitur, & languente corpore sæpe vividior apparet; non perit ergo,

3, Anima externis casibus, & mutationibus subjecta non est, sed hyeme & æstate, die & nocte, juventa & senectute, semper eadem: non destruitur ergo,

4, Neque etiam anima habet interna corruptionis principia.

5. Justitia Dei postulat ut impii, quibus hic sæpe omnia prospera affluunt, post mortem puniantur.

Object.

1, *Eadem in morte est conditio hominis, & bestiæ Eccl:* 3, 19. Resp. Quatenus ambo moriuntur; sed anima bruti perit, hominis ad Deum redit. v. 21.

2, *Anima dependet à corpore*, Resp. Nec in esse, nec in operari: sed corpore læso non

non poteſt eas actiones edere, quæ corpore integro fieri debent.

Controverſia 2, de vita Animarum.

An Animæ à corporibus ſuis ſeparatæ, cognitione & ſenſu præditæ, vivant? aff: c. Socin: & Anab.

Arg.

1. Mortui, ratione animarum non tantum ſupereſſe, ſed etiam vivere dicuntur. *Matth:* 22, 32. *Luc:* 20, 38. *Joh:* 5, 24.

2. Animæ Piorum, à morte, conſolatione reficiuntur: impiorum vero cruciantur; vivunt ergo, & ſentiunt. *Luc:* 16, 23 1 *Pet:* 3, 18.

3. Hinc etiam fideles poſt mortem, longe meliore in ſtatu eſſe dicuntur, quam hiſce in terris fuerant: imo Beati eſſe. *Phil:* 1, 23: *Apoc:* 14, 13.

4: Ipſæ actiones animarum ſeparatarum in ſcriptura narrantur: ut meminiſſe, *Luc:* 16, 25, Sentire. ℣. 24. Queri. *Apoc:* 6, 9. Deum noſſe. 2 *Cor:* 5, 6. Laudare, *Apoc:* 7, 9, 10.

5, Si animæ ſeparatæ nec viverent, nec ſentirent, tum eadem piorum, & impiorum, uſque ad judicium, conditio eſſet, contra. *Luc:* 16, 22, 23, *Heb:* 4, 6.

Ob-

Object.

1, *Mortui dicuntur dormire in pulvere terra. Dan;* 12, 2. Resp, Non animæ, sed corpora dormiunt.

2, *Quiescunt ab operibus suis. Apoc;* 14, 13 Resp. Non ab omnibus: *opera enim sequuntur eos*, sed à molestiis,& laboribus totius suppositi.

3, *Anima non magis sine corpore potest agere, quam corpus sine anima.* R. Anima est spiritus, qui sine corpore,& agere,& esse potest.

4, *Mortui non meminerunt Dei. Ps;* 6, 6. *Imo ne quidem sunt. Ps;* 39, *ult*. Resp. In Ecclesia militante, ut celebrando Deum, proximum ædificare possint.

Controversia 3, de loco Animarum.

An animæ, statim ut homines mortui sunt, ad æterna sua loca deferantur; fidelium scil: in cælum, infidelium in gehennam? an vero ad diem judicii alibi morentur, & dormiant? Neg: posterior, aff: prius, c: Socin: & Armin.

Arg.

1, Pii eo die, quo moriuntur, idque statim à morte, sunt in coelo. *Luc:* 23, 43. *Apoc;* 14, 13.

2, Pii cum exuunt corpus, induunt gloriam,& sunt cum Christo. 2 *Cor;* v; 1. *Phil.* 1. 23

3. Iidem

3, Iidem pii dicuntur post mortem intrare in quietem suam, quæ cœlum est. *Jes;* 57, 2. *Heb;* 4, 3.

4, Hodie alioqui nullæ essent animæ contra *Luc;* 16, 22. *Apoc:* 6, 9. & 7, 9.

5, Animæ impiorum post mortem abeunt in locum suum, & detinentur in carcere. *Act;* 1, 25. 1 *Pet;* 3, 19.

Object.

1, *Heb;* 11, 40. *Patres promissionem non obtinuerunt.* Resp. Promissionem de exhibendo Christo, & perfecto reconciliationis negotio.

2, *Quiescunt sub altari. Apoc;* 6, 9. Resp. Illud altare, nec loco, nec statu à coelo separatum. *Apoc;* 8, 10.

3, *Joh;* 3, 13. *Nemo ascendit in cælum, nisi Christus.* R. Sensus est: quod præter Christum nemo perfecte noverat mysteria coelorum.

4, *Merces demum in ultimo judicio unicuique readetur.* Matth; 8, 29. & 20. 8. *Rom.* 11. 5; 6. R. Tum demum plene, & erecto tribunali; quod non obstat, quo minus interea animæ Sanctorum coelo contineantur, & Impiorum, carcere concludantur. 1 *Pet;* 1, 4. 9.

Controversia 4. de Purgatorio.

An detur purgatorium, seu præter cœlum & gehen-

gehennam locus tertius, in quo post hanc vitam, animæ quorundam Sanctorum, tanquam carcere detineantur, & igne corporeo, donec justitiæ divinæ satisfecerint, purgentur? Neg: c. Pontif:

Arg.

1, Mors ultimus fidelium hostis est, quo victo, ipsis nulla miseria restat. 1 *Cor*: 15, 16. *Apoc*: 20, 6.

2, Fideles statim á morte in vitam, & cœlum transeunt, beati non miseri sunt. *Luc*: 16, 22. *Joh*: 5, 24. 2 *Cor*; 5, 1, 8 *Phil*: 1, 23. *Apoc*: 14, 13, *Jes*: 57, 2.

3. Duo tantum loca, & receptacula animarum sunt, cælum & gehenna: duo status, cum Christo & cum dæmone: *Mat*: 7, 13, & 25, 34, 41. *Marc*; 15. 16.

4. Homo cum moritur abit ad æternum suum domicilium, unde migrare non datur. *Eccles*; 12, 6. *Heb*; 9, 27. *Luc*: 16, 9.

5. Christus plenissime pro fidelibus satisfecit, eosque ab omni maledictione, & pœna peccatorum liberavit. *Gal*: 3, 13, *Heb*: 10, 14, 17. 1 *Joh*: 1, 7, *Rom*; 8, 1.

6. Homines judicabuntur secundum ea, quæ in hac vita fecerunt, nec ad alia opera Deus in judicio respiciet, *Gal*; 6, 5, 7. 2 *Cor*; 5, 10.

7, Deus

7. Deus peccata eorum, qui se convertunt, plene remittit, nec eorum postea recordatur: non ergo in purgatorio punit. *Ezech*; 18. 22. *Heb*; 10, 17.

Obj.

1, *Matth*: 12, 32, *Seculum futurum. seculum purgatorii est*. Resp. Neg, Sed status gloriæ, *Marc*; 10. 30. Matthæi phrasis significat *nunquam*. *Marc* 3, 29.

2, *Animæ Resuscitatorum ex purgatorio revocatæ sunt*. Resp. Non, sed è cœlo. Deo id ad tempus imperante.

3, *Ignis purgatorii opus probabit*. 1 *Cor*: 3, 13. Tum omnia omnium opera in purgatorium descendere deberent: dicitur enim, *opus uniuscujusque*. Sed per ignem intelligitur extremum Dei judicium, corda examinans tam accurate, ut Aurifaber aurum igne facit, *Instant*, ℣. 15. *Salvabitur per ignem*, ℟, i. e. si Judicis examen ferre queat, & syncerus fuisse deprehendatur.

4, 1 *Cor*: 15. 29. *Quid facient, qui pro mortuis baptizantur*. ℟, An omnes mortui in purgatorio sunt, & baptismo liberari possunt? sensus loci est: quid faciunt, qui defendunt causam mortuorum, Christi puta, & sanctorum, eosque resurgere affirmant, &

Q prop-

propter hoc ipsum persecutionem patiuntur. ut *Act*, 23, 6.

Controversia, 5. de precibus pro mortuis.

An recte & pie pro mortuis orare possimus?
N. c. Pontif.

Arg.

1. Nullum nec mandatum, nec præceptum habemus orandi pro mortuis.

2, David id ut inutile & ineptum rejicit, 2 *Sam*; 12. 23.

3, Non certo sciunt Pontificii quo abierint mortui, non possunt ergo ex fide pro ipsis precari. *Jac*; 1. 7.

4, Status mortuorum immutabilis est. *Eccl*; 11, 3, *Luc*; 16, 26. Frustra ergo preces pro iis funduntur:

5, Oratio pro mortuis nititur figmento de purgatorio.

Object.

1, *Paulus vult orari pro omnibus.* 1 *Tim*; 2. Resp, Viventibus: Alioqui etiam pro iis qui in inferno & coelo sunt

2, *Peccatum est ad mortem, & non ad mortem,* 1 *Joh*; 5, 16. *Ergo orandum pro iis, qui in peccato mortali non decesserunt,* Re. Johannes loquitur viventibus, *quos videbant peccare.*

3, *Deus det illi misericordiam in die judicii*

2 *Tim*; 1, 16. 18. Resp. Vivebat Onesiphorus, & Paulum sustentabat.

4, 2 *Macb*; 12, 44. *oravit pro mortuis*. ℞. Liber est apocryphus, nullius auctoritatis.

5. *Facite vobis amicos ex Mammona ut vos recipiant*. *Luc*; 16, 9. Resp, Amicos facimus Sanctibus viventibus benefaciendo.

Controversia, 6. de tutelis sanctorum.

An anima Sanctorum in cælo nostri curam gerant, preces nostras audiant, nosque in calamitatibus juvent? N, c. Pontif.

Arg;

1, Sancti *quiescunt à laboribus suis* Apoc; 14; 13, *in pace sunt*, Luc; 2, 29. Ergo molestum illud munus non habent, fideles in toto mundo defendendi.

2, Nihil omnium illorum particularium sciunt quæ in mundo accidunt, *Job*; 7, 9 & 14, 22, *Eccl*; 9, 7. 2 *Reg*: 22, 20. *Ne videas malum quod eventurum est*.

3, Deus in angoribus nostris nusquam nos ad Sanctos remittit, semper ad se vocat *Ps*; 51, 15, & 65, 3, *ad te omnis caro veniet*.

4, Atque ideo omnium bonorum gloria soli Deo, nusquam sanctis datur. 1 *Cor*; 1, 31. *Apoc*; 5, 13.

Object.

1, *Operam dabo omni occasione ut post discessum meum eorum recordemini.* 2 *Pet*: 1, 15. Resp. Contrarium ex eo sequitur; dum in vivis erat *omni occasione* id curare volebat, quia mortuus non poterat,

2. Jer; 15. 1. *Etsi* Moses *&* *Samuel starent coram me.* Resp. Etsi starent, Ergo jam non stabant orantes. 2. Sensus est, si viverent, & orarent,

3, *Luc*: 16, *Dives orat pro fratribus* Resp. Dictum est ad præceptum, 1. perabolam hanc esse. Et Damnatus hic erat, non Sanctus in coelo.

4. *Elias Epistolam de cœlo ad Joram misit.* 2 *Chron*: 21, 12 Resp. Non, sed ad eum delata est quam Elias in terra scripto reliquerat.

Controversia. 7, de limbo Patrum.

An anima fidelium V. T. in atrio aliquo gehennæ; seu limbo detenta fuerint, & à salute exclusa, usque ad resurrectionem Christi è mortuis? Neg, c. Pontif.

Arg.

1, Fideles, cum morerentur, intrabant in quietem, seu salutem suam. *Jes*: 57, 2 *Heb*; 4, 3. *Luc*; 2, 19.

2. Exempla eorum, qui in coelis fuerunt docent oppositum, Henochi *Gen*; 5, 24 *Elia*. 2 *Reg*: 2, 11. Abrahami. *Mat*: 8, 11. Mosis, *Matth*, 17, 3. Lazari. *Luc*: 16, 23.

3. Postquam Deus eos ex hac vita vocasset, recipiebat eos in gloriam. *Psal*; 73. 2

4. Dies mortis ipsis præstabat die nativitatis, quod verum non esset, si illi à salute exclusi fuissent. *Eccl*. 7, 1.

5. Christus ab initio mundi, virtute sanguinis sui, suos salvos fecit. *Heb*: 9, 26. & 13, 8. *Apoc*; 13, 8.

6. Habuerunt remissionem omnium suorum peccatorum, quare nihil eos è coelo excludere potuit. *Num*: 23, 21. *Ps*: 32, 1. & 103, 3. *Mich*: 7, 18, 19.

7. Eodem modo, quo nos salvati sunt. *Act*. 15, 11.

Object.

1. *Heb*: 6, 20. *Christus Præcursor dicitur*. Resp. Non patrum V, T; sed noster. *Joh*: 14, 2. Vel omnium ratione meriti.

2. *Heb*: 9, 8. *Via Sanctuarii aperta non erat*. Resp. Satis erat aperta, sed gentibus nondum exposita, & manifestata. μήπω φανερῶσθαι.

3. *Animæ erant in carcere*. 1 *Pet*: 3. 19.

 Resp;

Resp. Non sanctorum Patrum & Fidelium, sed impiorum, quibus suo tempore Noach prædicaverat. ℣, 20. Illi non in limbo, sed in inferno erant.

4, 1 *Sam*: 28, 11, *Anima Samuelis è limbo rediit*. Resp, Mera fuit fallacia: & aut Papa quidam Samuelem se venditavit, aut dæmon formam ejus effinxit.

5, *Zach*; 9. 11, *Eduxit nos è lacu*. Resp. Conservavit, & demisit eos, ne in lacum gehennæ inciderent,

Controversia, 8. de limbo infantum.

An Infantes fidelium sine baptismo decedentes, è cœlo & salute perpetua excusi, limbo aliquo, seu atrio inferni detineantur? Neg: c. Pont:

Arg.

1. Salvator noster Infantibus fidelium, nullo ætatis discrimine, coelum addicit. *Matth*: 19, 14.

2, Infantes fidelium sancti sunt. 1 *Cor*: 7, 14. Sancti autem coelo non arcentur.

3, Mortui parvi, & magni, sine discrimine ætatis, coelum possident: ergo & Infantes. *Apoc*; 20, 12.

4. Cum nostri decedunt, non vult Paulus nos lugere, quasi spem vitæ non haberent, 1 *Thess*; 4, 13.

5, Sti-

3. Si illi limbo aliquo detinerentur, tum in judicio tres essent hominum status, & plurimi nec ad dexteram Christi starent, nec ad sinistram. Contra *Matth.* 25. 32.

Object.

1. *Regeniti non sunt: salvari ergo non possunt.* Joh. 3. 5. Resp. Omnino: Sancti enim sunt. 1 Cor. 7. 14

2. *In tenebris ambulant.* Joh. 12. 35. Resp. Hoc de Adultis dicitur: illi vero filii lucis sunt.

§ V. In controversia de regno millenario quinq; absurda sunt: 1. Quod mortuos, præsertim martyres, tum resurrecturos somniant. 2. Quod Christum personaliter in terram rediturum volunt. 3. Quod regnum Christi corporeum, & corpoream fidelium felicitatem fingant. 4. Quod in eo regno nullos hypocrytas, nullos malos futuros aiunt. Contra *Matth.* 13. 30. 5. Quod id præcise mille annos duraturum afferant.

Argumenta contra millenarios.

1. Christus tantum bis veniet, non ter. *Heb.* 9. 28.

2. Mortui non resurgent, nisi in die judicii. 1 Cor. 15. 23. 52. 1 *Thess.* 4. 15, 16.

3. Regnum Christi spirituale est, non mundanum; nec mundana felicitas fidelibus promissa est. Joh. 18. 36. 2 *Tim.* 3. 12.

4. Christus semper manebit pro nobis Intercessor in cœlis. 1 Joh. 2. 1.

5. Sciri posset finis mundi. Contra *Marc.* 13. 32

Object.

1. *Apoc.* 20. 4. *Vivebant, & regnabant cum Christo 1000 annis.* Resp. Spiritualiter, & Ecclesiastice: quia revelato Antichristo veritas illuxerat.

2. *Videbat animas occisorum reviviscere.* Resp. i. e. Ecclesiæ, antea in majoribus oppressæ, ut cap. 11 de duobus testibus.

3. De

3. *De aliis dicitur quod non revixerint.* Resp. Spiritualiter: vel quia Antichristus postea nunquam de novo in thronum reducetur.

4. *Omnia regna Christo promittuntur.* Resp. Spiritualiter, non corporaliter recturo.

§ VI. In fine mundi redibit Christus summa cum gloria, ut judex vivorum, & mortuorum, ad salvandos pios, damnandos impios.

§ VII. Quamobrem omnes mortui resuscitari debent, vivi mutari.

Controversia 1. de resurrectione mortuorum.

An in die judicii omnes mortui resuscitandi sint, etiam ii, qui concionem Evangelii non audiverunt? aff: n: Socin.

Arg.

1, Omnes homines sine ullo discrimine resurrecturi dicuntur: ergo etiam Impii. *Joh.* v, 28, 29.

2. Regina *Austri*, & Ninivitæ, in die judicii excitabuntur, contra incredulos Judæos. *Luc.* 11, 31, 32, Ut & Sodomitæ. *Matth.* 11. 22, 24. Qui tamen *Evangelium* non audiverant.

3. Adeoque erit resurrectio omnium justorum, omniumque injustorum. *Act.* 24. 15. *Ps.* 1, 5.

4. Sententia Sadducæorum eo ipso tanquam impia rejicitur, non quod resurrectionem justorum tantum, sed quod eam in genere negabant. *Matth.* 22. 23. *Act.* 23, 8.

5. Animæ omnium, etiam impiorum supersunt, & ad judicium servantur. 1 *Pet.* 3. 18. 2 *Pet*, 2, 9. Debent ergo resurgere.

Object.

1. *Jes.* 26, 14. *De impiis dicitur, mortui non resurgent.* Resp. Aperte id dicitur de statu illorum politico, quod in hanc vitam ad dominandum non sint redituri.

2. Impii

2, *Impii in malum corruent.* *Prov*; 24, 16. Resp. i, e. è malo non liberabuntur, ut quidem pii.

3, *Appellatur resurrectio justorum.* *Luc*: 14, 14. Resp. Quam justi exspectant, & in qua ipsis bona retribuentur.

4, *Dan*; 12, 2. *Multi evigilabunt.* *Resp.* Omnes etiam multi sunt.

Controversia 2, de resurrectione mortuorum.

An omnes mortui resurrecturi sint iisdem corporibus, quæ in hac vita habuerunt? aff: e: eosdem.

Arg.

1, Hoc nostrum corpus dicitur resuscitandum, *Rom*: 8: 11. *Phil*: 3, 21. *Jes*: 26, 19. Immortalitatem induturum. 1 *Cor*: 15. 42, 53. 54.

2. Iisdem oculis Christum visuri sumus. *Job*: 19, 26, 27. Etiam oculi illorum, qui ipsum transfixerunt: *Apoc*: 1, 7.

3. Christus eodem corpore resurrexit. *Luc*: 24, 39 Et eadem erant illa *Sanctorum corpora*, quæ tempore mortis Christi resurgebant. *Matth*: 27, 52,

4, Qui tempore judicii vivi supererunt, eadem corpora retinebunt. N. B, *non morientur*, tantum mutabuntur. 1 *Cor*: 15, 51, 52. 1 *Thess*: 4, 17. Ergo & reliqui

5, Ita jus Dei requirit, ut in corpore glorificentur, qui ipsum in corpore coluerunt. 2 *Thess*: 1, 7. Puniantur, qui peccarunt. 2 *Cor*: v. 10.

6. Hæc est doctrina, quam Sadducæi: *Matth*: 22: & Athenienses, *Act*: 17. rejiciebant, qui nunquam dubitarunt, an Deus posset novum corpus formare.

Object.

1, *Suscitatur corpus spirituale.* 1 *Cor*: 15: 44: Resp: i: e: incorruptibile, ut patet. ℣: 53.

2, *Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt.* ℣: 50. Resp Ut hic sunt corruptioni obnoxia.

Contro-

Controversia 3, de Resurr.

An impii cum mundo comburendi, & in nihilum redigendi sint; an vero vivi superrunt, & vivi æternos cruciatus tolleraturi sint? Neg: prius, aff: pc: cos.

Arg.

1. In æternum illic erit fletus, & stridor dentium, *Matth:* 13, 42, & 22, 13 & 25, 41. Vermis non morietur, *Marc:* 9, 43, 44:

2, Sunt illic gradus pœnarum, & status unius tolerabilior est statu alterius. Ergo vivent. *Matth*:11.22 *Luc* 12. 14.

3, In æternum non habent quietem, die nec nocte; supersunt ergo. *Apoc:* 14, 11, & 20, 10.

4, Hic scopus est totius parabolæ *Luc*:16: nim: dãnatos superesse & vivos æternam pœnam pati. ℣23, 24

Object.

1, *Mors impiorum vocatur mors, & interitus*, *Matth*:7, 13. Resp: Quia supplicium æternum ferunt, gravius quam si non essent: *Matth*: 26, 24.

2, *Immortalitas beneficium est*: Resp: Si adsit æterna gloria.

3, *Deus animam, & corpus perdit in gehenna.* *Mat* 10, 28, Resp: Quia æternis pœnis efficit.

4, *Mors, & infernus conjiciantur in stagnum ignis: Apoc:* 20, 14: Resp: Ratione fidelium: quia non dominabuntur fidelibus, sed impiis in inferno.

§ VIII: Beatitudo cœlestis consistit in glorificatione animæ, & corporis, idque in perfecta visione, amore Dei, & gaudio, Deo seipsum creaturæ perfectissimo modo communicante.

§ IX: Gradus *pœnarum* certi sunt *Gloria*, nec multum urgere, nec multum inficiari volumus: Corpus nostrum quod attinet, id glorioso corpori Christi simile futurum dicitur - an in anima unius major sit futura cognitio, & amor Dei, atque inde majus gaudium, quam erit in anima alterius, Deus & dies docebit.

IN-

INDEX CAPITUM.

FINIS.